On demande, si, supposé que l'aggresseur soit Roi, Prince, ou une personne très-utile à la République, & qu'au contraire celui qui est attaqué soit une personne vile & du commun, il est alors permis de tuer l'aggresseur. Il y a deux opinions : la premiere, de ceux qui assurent que cela n'est point permis, parce que le bien public doit être préféré au particulier. Sotus paroît être de ce sentiment à l'endroit cité ci-dessus. L'autre opinion est que cela est permis. Car si le bien public doit être préféré au particulier, c'est dans le cas que cela soit nécessaire de soi & par la nature de la chose, mais non lorsque c'est l'effet de la malice de l'homme. Or dans ce cas, c'est malice & injustice de la part de celui qui attaque un innocent ; par conséquent, un innocent étant attaqué, il n'est pas obligé d'épargner la vie du Roi qui l'attaque, s'il ne peut pas autrement se défendre. Assurément la seconde opinion est probable : car il ne paroît pas qu'on puisse obliger un homme, lorsqu'il est innocent, à se laisser tuer par celui qui l'attaque injustement, à moins que cette mort ne causât un grand dommage à la République.

JOANNES OZORIUS.

1607. Joannes Ozorius. Concionum Joannis Ozorii, Societatis Jesu, de Sanctis, Tomus tertius. *Parisiis*, 1607. Cum permissu Hispanicè scripto Francisci de Galarca, Provincialis per Castellam potestate ad id ipsi factâ à Claudio Aquaviva, Generali, post examen gravium & doctorum virorum ejusdem Societatis.

Laudatur in Bibliotheca Scriptorum Societatis Jesu. Autore Philippo Allegambe, pag. 261. Autore Nathanaele Sotuello, pag. 484.

Concionum, *Tom. III.* Concione in Cathedra S. Petri, *p.* 64. Clavium potestas Petro traditur & ejus successoribus, ad quarum potestatem multa pertinent. Primùm universam Ecclesiam regere, Episcopos in diversa loca destinare. Evangelium in toto orbe prædicare, omnem dare, auferre, aut moderari Jurisdictionem, *Reges creare*, & iterùm, *Regna tollere*, si à fide deficiant, vel ejus prædicationi obsistant.

Ibid. pag. 70. Cùm expedit spiritualibus, potest Papa *Dominos, Reges, & Imperatores mutare; Regna auferre* ab impiis Regibus, inobedientibus, & publicationem Evangelii impedientibus.

JEAN

JEAN OZORIUS.

1607.
JEAN OZORIUS.

SERMONS de Jean Ozorius, de la Compagnie de Jesus, sur les Saints. *A Paris*, 1607. Avec la permission, en Espagnol, du P. François Galarca, Provincial en Castille, suivant la permission à lui donnée par le P. Claude Aquaviva, Général, d'après l'examen de Docteurs graves de la même Société.

Il est loué dans la Bibliothéque des Ecrivains de la Compagnie de Jesus, par Philippe Allegambe, p. 161. Nathanael Sotuel, p. 484.

LA puissance des Clefs est donnée à Pierre & à ses successeurs : puissance qui s'étend à plusieurs choses ; premierement, de gouverner l'Eglise universelle, d'envoyer les Evêques en divers lieux, de prêcher l'Evangile par toute la terre, de donner, de retirer, de limiter toute Jurisdiction, de *créer les Rois,* & de *leur ôter* réciproquement *leurs Royaumes*, lorsqu'ils s'écartent de la Foi, ou s'opposent à sa prédication.

Tom. III. Serm. pour la Chaire de S. Pierre, *p. 64.*

Le Pape, lorsque le bien spirituel le demande, peut *changer les Seigneurs, les Rois & les Empereurs, priver de leurs Royaumes* les Rois impies, désobéissans, & qui empêchent la publication de l'Evangile.

P. 70.

1607. Henricus Garnet.

GARNET, ET HOLTE, CRESWELL, PARSONS, WALPOLE, BALDWIN, GERARD, TESMOND, *aliàs* GREENWELL, HALL, *aliàs* OLDECORNE, Jesuitæ.

ACTIO *in Henricum Garnetum, Societatis Jesuiticæ in Angliâ Superiorem, & cæteros qui proditione longè immanissimâ Serenissimum Britanniæ Magnæ Regem, & Regni Angliæ ordines, pulvere fulminali è medio tollere conjurârunt; unà cum orationibus Dominorum delegatorum. Adjectum est supplicium de Henrico Garneto Londini sumptum; omnia ex Anglico à G. Camdeno Latinè versa.* Londini, *excudebat Joannes Norton, Sereniss. Regiæ Majestatis Typographus, ann. Dom.* 1607.

Ex Oratione quàm Eduardus Coke Atornatus Regius, habuit in accusatione Garneti, pag. 66.

UT proprio nominè hanc proditionem (quoniam de pluribus verba facturus sum) insigniam; quò eam clarius & distinctius ab aliis secernam, *Jesuiticam appellabo*, ut ad Jesuitas *ex congruo & condigno* spectantem, hi enim architecti & machinatores extiterunt. Et verò in hujusmodi criminibus, plus peccat autor quàm actor. . . . Et quoniam mihi cum primario Jesuita res est, eas tantùm proditiones attingam, quas machinati & moliti sunt *Jesuitæ*, quorum hic Superior & antesignanus, necnon eas, quæ post hujus *Garnet* in

Garnet, Jes.

1607. HENRI GARNET.

GARNET,

ET

HOLTE, CRESWELL, PARSONS, WALPOLE, BALDWIN, GERARD, TESMOND, *autrement* GREENWELL, HALL, *alias* OLDECORNE, Jésuites.

PROCÈS *contre Henri Garnet, Supérieur de la Société Jésuitique, en Angleterre, & autres accusés, qui par la plus atroce de toutes les trahisons, avoient conspiré de faire périr, par l'effet d'une mine, le Sérénissime Roi de la Grande-Bretagne, & les Etats du Royaume d'Angleterre. On y a joint les discours des Seigneurs Commissaires, & le Procès-verbal du supplice subi à Londres par Henri Garnet; le tout traduit de l'Anglois en Latin par G. Camden.* A Londres, *de l'Imprimerie de Jean Norton, Imprimeur du Roi, l'an* 1607.

Discours prononcé par *Edouard Coke, Procureur Général dans le Procès de* Garnet, *page* 66.

COMME je dois parler de plusieurs trahisons, pour qualifier celle-ci d'un nom qui lui soit propre, & la distinguer des autres d'une façon plus claire & plus précise, je l'appellerai *Trahison Jésuitique*, comme les Jésuites étant ceux auxquels elle convenoit, & dont elle étoit digne; car ce sont eux qui l'ont inventé & tramé, & dans ces sortes de crimes, l'auteur de la conjuration est plus coupable que celui qui l'exécute.... & comme j'ai affaire ici à un des principaux Jésuites, je ne parlerai que des trahisons que

Angliam adventum emerserunt, de quibus illud Poetæ verè usurpet, *& quorum pars magna fui.* ...

. .

Ibid. pag. 69 in fine. .... Anno Domini 1586. mense Junio, in Angliam trajecit Henricus *Garnet*, quod sine læsæ Majestatis notâ fieri non potuit, cum reverâ totus fuerit ex proditione compositus. Atque hoc eodem tempore contigit, cum ingens ille ex Hispaniâ exercitus .... contractis undequaque militibus mercenariis, & navigiis, unde composita classis vocari poterit, quæ navibus constabat 158. Hujus classis prævii & prænuntii Jesuitæ fuère, inter quos & *Garnet*, primo in terram ingressu læsæ Majestatis reus....

Ibid. p. 71. .... Postquàm aperto marte debellatum fuit anno Domini 88. iterùm cæcis proditionis cuniculis, oppugnare nos aggressi sunt Jesuitæ: paulò enim pòst anno 1592. huc trajecit *Patricius Cullen* instigantibus eum Guilielmo Stanley .... & Jesuita Holte, ut cujus consilio in Reginæ cædem armatus, in eum finem peccatorum remissionem & illum Sacramenti Calicem ab eodem accepit....

HOLTE, *Jes.*

Ibid. p. 72. Proditionem istius *Cullen* comitatus est Liber, cui nomen *Philopater*, in hujusmodi facinorum patrocinium, à *Creswell* Jesuita, qui tum in Hispaniâ agebat, conscriptus, *Philopatris* nomine adum-

CRESWELL, *Jes.*

les Jésuites ont tramées, & dont *Garnet*, leur Supérieur, est aussi le chef : j'y ajouterai celles qui ont éclaté depuis l'arrivée de ce *Garnet* en Angleterre, & dont il pourroit dire avec le Poëte, *Et quorum pars magna fui*. . . . . .

. . . . En 1586. au mois de Juin, Henri *Garnet* passa en Angleterre. Il ne pouvoit se faire que son arrivée ne fût marquée par un crime de leze-Majesté, cet homme n'étant réellement nourri que de perfidie. C'étoit le moment auquel l'Espagne levoit cette puissante Armée. . . . dont les Troupes & les Vaisseaux rassemblés de toutes parts, composoient une Flotte, que l'on pouvoit appeller combinée, de 158 Voiles. Cette Flotte fut précédée & annoncée par les *Jésuites*, & entr'autres par *Garnet*, criminel de leze-Majesté dès l'instant qu'il mit le pied en Angleterre.

. . . . L'année 1588. s'étant passée à combattre en guerre ouverte, les Jésuites entreprirent de nouveau de nous attaquer par les menées sourdes & les pratiques souterraines de leurs trahisons. En effet, peu de temps après, en l'année 1592. *Patrice Cullen* se rendit ici à l'instigation de Guillaume Stanley . . . . . Le conseil de celui-ci arma son bras pour le MEURTRE DE LA REINE, & il lui donna l'absolution & la communion pour le disposer à ce forfait.

Au moment de ce complot parut un Livre fait pour autoriser de semblables attentats. Il étoit intitulé *Philopater*, nom emprunté sous lequel se déguisoit *Creswell Jésuite*, résidant en Espagne, qui en étoit

bratus. Anno 1594. huc appulerunt Williams & Yorke in idem negotium accincti, scilicet Reginæ cædem, ad hoc tam impium & detestabile facinus in se suscipiendum adducti suasu Jesuitæ *Holte*, & aliorum ejusdem gregis: quod ut alacrius perpetrarent, prædicti Williams & Yorke, aliique Jesuitæ mysticum illum Cœnæ Dominicæ panem ab *Holte* acceperunt. Huic etiam proditioni Librum adjunxerunt, à
PARSONS, Jes. Jesuita *Parsons*, qui Romæ Rectoris munere fungitur, compositum... Sub *Dolemani* nomine dissimulatum, improbum, vanumque Librum, & ex mendaciis, figmentis & contumeliis totum consutum & consarcinatum. Anno 1597. Squirre ex Hispaniâ huc transmisit, ut rem ferro dolisque toties tentatam veneno transigeret, hortatu
WALPOLE, Jes. & consilio *Walpole Jesuitæ*, id temporis in Angliâ delitescentis, à quo post veniam peccatis concessam Sacramento adactus est negotium exequi, & id supprimere silentio. Omnes has proditiones autores ipsi sponte & liberè confessi sunt, propriâ uniuscujusque manu exaratas, ut hac in re tabulis (quod aiunt) obsignatis agere possimus.

Anno 160[illegible]. cum artes eos defecerant; viribus [illegible] rem aggrediuntur: tum enim (ut priori actione manifestum fuit)
TESMOND, Jes. Thomas Winter unà cum *Tesmonde Jesuita* missus est ad Regem Hispaniæ ab isto Garnet, qui litteras dedit ad *Arthurum*, aliàs *Josephum Creswell*, (qui p[illegible]

l'Auteur. En 1594. Williams & Yorck aborderent en Angleterre, se proposant de même *d'assassiner la Reine.* Ils s'étoient chargés de l'exécution d'un crime aussi impie & aussi détestable à la persuasion du *Jésuite Holte*, & de quelques autres de cette même engeance ; & pour s'encourager à l'exécution, Williams & York & autres conjurés Jésuites, reçurent des mains de *Holte* le Pain mystique de la Cene du Seigneur. Cette conspiration fit aussi éclore, sous le nom postiche de *Doleman*, un Livre du *Jésuite Parsons*, aujourd'hui Recteur à Rome, Livre mal fait & méchant, qui n'étoit qu'un tissu de mensonges, d'impostures & d'invectives entassées. En 1597. Squirre passa d'Espagne en Angleterre : il venoit consommer par le poison ce que le fer & l'artifice avoient tant de fois essayé. Il y étoit exhorté & conseillé par *Walpole Jésuite*, pour-lors caché en Angleterre, qui après lui avoir donné l'absolution, le fit obliger par serment à l'exécution & au secret. Les auteurs de ces trahisons les ont toutes avouées de plein gré & librement. Nous avons leurs *aveux signés de la main* propre *de chacun d'eux*, en sorte que nous pouvons procéder dans cette affaire, comme l'on dit, papiers sur table.

L'an 1601. les artifices leur manquant, ils eurent encore recours à la force. Ce fut alors, comme la preuve s'en est trouvée dans l'instruction précédente, que Thomas Winter & *Tesmond Jésuite* furent envoyés au Roi d'Espagne par Garnet, qui leur donna des Lettres pour *Ar-*

ritissimus omnium artifex, à sacri fontis lavacro susceptum praenomen primus, quod sciam, deposuit) in Hispaniâ agentem Jesuitam, ut negotium hoc promoveret, nimirum (quod priùs dictum fuit) ut Catholicorum in Angliâ operas Regi offerret, & insuper de novâ expeditione tractaret....

Ibid. p. 76. .... Mense Martio 1603. mox indè ab obitu Reginae, priusquàm illis Regia Majestas de facie nota, à *Garneto*, Catesbeio & Treshamo, in Hispaniam amandatus est Christophorus Wright ut mortem oppetiisse Reginam significaret. Thomae Winter nimirum in eo negotio suffectus. Atque etiam ad *Creswell Jesuitam* litteras dat *Garnetus* quibus & dilaudat ista, quae tum moliebantur negotia, nec non auxilium subsidiumque deposcit, queis eâdem conficeret.

Quemadmodum etiam 22 sequentis Junii Guido Fawkes è Flandria missus à *Baldwino Jesuita*, Guillelmo Stanley & Hugone Owen eâdem de proditione acturus, litteris insuper à *Baldwino*, *Creswello Jesuitae* in Hispaniâ tum Legato commendatus, negotii sui celeriùs expediendi ergò, veluti in priori accusatione jam dictum. Eodem Junio *Garnetus*, Superior, unà cum *Gerardo* aliisque Jesuitis, & Catholicis Jesuitatis, operam locat ....equitatui conquirendo....

BALDWIN, Jes.

GIRARD, Jes.

Ibid. p. 77. .... Caeterùm Jesuitae cùm ipsis compertum erat, pacem jam mox (quantum conjicere erat) ineundam, praetereà quae

thure, autrement *Joseph Creswell.* Celui-ci étoit de tous le plus habile artisan de ces sortes d'intrigues, le premier, que je sçache, qui abdiqua son nom de baptême. Ce Jésuite étoit en Espagne, pour négocier l'affaire dont j'ai déja parlé ; c'est-à-dire, pour offrir au Roi d'Espagne les services des Catholiques d'Angleterre, & traiter d'une nouvelle expédition . . . .

. . . . Au mois de Mars 1603. aussitôt après la mort de la Reine, & avant qu'ils eussent vu le Roi, *Garnet*, Catesby & Tresham envoyerent en Espagne Christophe Wright pour notifier la mort d'Elisabeth. On le substitua à Thomas Winter dans cette affaire. *Garnet* écrivit en même temps au *Jésuite Creswell.* Dans ses Lettres il lui donnoit une idée avantageuse des intrigues qui pour-lors se tramoient, & demandoit les secours & les subsides nécessaires à leur exécution.

Le 22 Juin suivant Gui Fawkes fut envoyé de Flandres par le *Jésuite Baldwin*, à Guillaume Stanley & Hugues Owen, pour traiter avec eux de la conjuration. Il avoit des Lettres de recommandation du *Jésuite Creswell*, résidant alors en Espagne, pour qu'il pût expédier plus promptement l'affaire, comme on l'a vu dans les informations précédentes. Dans le même mois de Juin le Supérieur *Garnet*, avec *Gérard* & d'autres Jésuites, joints à quelques Catholiques de leur faction, travaillerent . . . . à lever de la Cavalerie.

. . . . Au reste, les Jésuites sçachant que la Paix alloit se faire, car il leur étoit facile de le conjecturer, & voyant que ce

& Hispaniæ Regi proponebant, minus jam arridere; adeò ut vi & armis nihil jam ultrà possent; ad occulta molimina se protinus receperunt. . . .

Mense Martio 1603. colloquuntur *Garnet* & Catesby nefarius ille proditor. . . .

Ibid. p. 78. Mense Januario, anno primo Jacobi, *Garnetus* sibi Diploma gratiæ ex universali illâ indulgentiâ, quam Rex primis regni auspiciis concesserat, sub nomine Henrici *Garneti* de London Generosi, ementitis illis nominibus *Farmer*, *Walley*, & cæteris omissis, sub magno Angliæ Sigillo sibi comparavit. . . .

Ibid. p. 79. . . . . Veniens itaque Catesby ad *Garnetum*, hoc ei expediendum proponit, & quærit, an ad Catholicorum causam adversus Hæreticos promovendam. . . . Fas sit inter multos sontes, insontes etiam nonnullos unà perdere, & è medio tollere. Deliberatè, atque confidenter ad quæstionem hanc respondit *Garnetus*: Omninò fas & licitum esse (modo si insontes aliquot, unà cum sontibus multis tollendo, factioni Catholicorum bono cederet) pariter omnes unà tollere. . . . Atque ita Garneti Jesuitarum Superioris sententia firmissimum, idemque unicum erat vinculum, quò Catesby omnes posteà proditores in conjuratione tam execrabili, & nefariâ sibi constrictos tenuit. . . . Mense Maio, regni Jacobi secundo, conveniunt Catesby, Percy, Joannes Wright, Thomas

qu'ils propoſoient au Roi d'Eſpagne étoit moins de ſon goût, en ſorte qu'ils ne pourroient plus rien faire par la force & par les armes, ils prirent tout à coup le parti de ſe livrer à des complots cachés....

Au mois de Mars 1603. *Garnet* & le traître Cateſby confererent enſemble....

Au mois de Janvier de la premiere année du regne de Jacques, *Garnet* ſe fit donner, ſous le grand Sceau d'Angleterre des Lettres de graces, en vertu de l'amniſtie générale que le Roi avoit accordée à ſon avénement au Trône. Il avoit obtenu ces Lettres ſous le nom de *Henri Garnet*, abandonnant les noms de *Farmer*, *Walley*, & autres noms poſtiches qu'il avoit ci-devant empruntés.

Cateſby vint donc trouver Garnet, & lui propoſa la queſtion de ſçavoir ſi, pour ſoutenir la cauſe des Catholiques contre les Hérétiques, il étoit permis, en faiſant périr pluſieurs coupables, d'envelopper dans leur ruine quelques innocens.... *Garnet* répondit hardiment & ſans héſiter, que ſi l'avantage de la faction Catholique s'y trouvoit, & qu'il y eût un plus grand nombre de coupables que d'innocens, on pouvoit licitement les faire périr tous enſemble.... Cette déciſion d'un Supérieur des Jéſuites, tel que *Garnet*, fut l'unique, mais très-ferme lien par lequel, dans la ſuite, il ſe tint attachés Cateſby & tous les complices d'une auſſi exécrable & déteſtable conjuration.... Au mois de Mai de la ſeconde année du Regne de Jacques, Cateſby, Percy, Jean Wright, Thomas

Winter, & Fawkes; & tactis sacro-sanctis Evangeliis, in taciturnitatem & constantiam.... jurati.... præmissis confessione, & absolutione Sacramentum à Jesuita *Gerardo*, qui tum aderat, administratum sumpserunt. Junio subsequente Catesby & *Greenwell* Jesuita, de proditione pyrio-pulvereâ Sermonem habent. Circà festum etiam Joannis Baptistæ Catesby &, *Garnet* cùm in sermonem eâdem de re incidissent, adeò certam esse pronuntiabant, ut perfici eam necesse foret, antequam palam fieret.... Novembri sequente Thomas Bates, qui (ut in accusatione priore pluribus narratum est) à Catesby hero suo introductus est, & in conscientiam & societatem proditionis assumptus. Utque fideliùs reticeret, & alacriùs prosequeretur cœptum negotium, *Greenwell* Jesuita illum adigit ad confessionem, omnibus modis addit animos, hortatur & suadet denique cum tam justâ causâ fretum, & jure omninò posse, & debere illud non modò subticere, quod herus impertierat, verùm etiam adjicit insuper omni culpâ vacare, justumque & præclarum facinus quod moliebantur esse.... Decembris die undecimo itum est in viscera terræ, & subterranea molitio inchoata, Martioque proximo anno 1605. Guido Fawkes ad Guilielmum Stanley.... in Belgium transmissus unà cum litteris à *Garneto* ad *Baldwinum* Jesuitam, ibi legatum, uti is procuraret scilicet, ut ad tempus quo fulminalis ille pulvis incenderetur, copiæ ad loca

GREENWELL *Jesuite.*

Winter & Fawkes s'assemblerent ; ils jurerent sur les saints Evangiles, qu'ils garderoient le secret & persévéreroient dans leur dessein. . . . Confessés & absous, ils reçurent la Communion des mains du Jésuite *Gérard*, qui étoit alors présent. Au mois de Juin suivant, Catesby & Greenwell, Jésuite, traiterent de la Conjuration des Poudres. Vers la fête de S. Jean-Baptiste, Catesby & *Garnet* étant venus à s'en entretenir, ils déciderent que ce moyen étoit si sûr qu'il étoit nécessaire de l'exécuter avant qu'il fût divulgué. . . . Au mois de Novembre, Thomas Bates, comme il a été dit plus au long dans le Procès précédent des autres accusés, entra dans la Conjuration. Il y fut initié par Catesby son maître, qui lui en fit l'ouverture, & l'associa à sa trahison. Pour s'assurer de sa fidélité à garder le secret, & de son zèle à suivre l'entreprise, le Jésuite *Greenwell* l'obligea de se confesser. Il l'encouragea de toutes manieres, l'exhorta, & lui persuada enfin, que pour une cause si juste, non-seulement il étoit de son devoir de garder le secret que son maître lui avoit confié ; mais il ajouta de plus, que ce qui se tramoit étoit entierement exempt de faute, que c'étoit une action juste & un exploit éclatant. . . . Le 11 de Décembre on creusa sous terre, & on commença la mine. Au mois de Mars, suivant, dans l'année 1605. Guy Fauwkes fut envoyé en Flandres vers Guillaume Stanley. Il étoit chargé de lettres de la part de *Garnet* pour le Jésuite *Baldwin*, qui étoit leur Ambassadeur en ce pays.

maritima perducerentur, quo scilicet ocyus in Angliam trajicerent....

Ibid. p. 82. Insequenti Junio Jesuita *Greenwell*, cum Superiore suo *Garneto* de totâ ratione hujus pyrio-pulvereæ proditionis multum diuque deliberat....

Ibid. p. 83. .... Mense Octobri reliquos proditores convenit *Garnetus* apud Coughton in Comitatu Warwicensi, hoc commune illis hospitium erat, in quod ex omnibus terræ angulis se subducerent. Die primo Novembris palam orat *Garnetus* pro felici successu in gravissimâ Catholicorum causâ, sub initio Parlamenti....

Ibid. p. 96. Hîc *Garnetus* impetratâ licentiâ ut pro seipso responderet, orationem habuit.

Ibid. p. 98. .... Quod ad meipsum spectat, tractatio cum Hispano quidem proponebatur. Illa etiam pro pecuniâ petitio mihi non ignota, quàm tamen animo meo iis usibus semper destinavi, ut egeni Catholici sublevarentur. Cùm autem in Hispaniâ essent de parando exercitu consilium ceperunt, quam rem cùm mihi communicârint improbavi certè, ... fatendum quidem est, me ista celasse.... Fateor leges quæ ejusmodi celare prohibent apprimè esse justas & salutares....

Ibid. p. 100. .... Pergit autem in purgatione sui ipsius.... fassus est se per litteras suas Guidonem Fawkes commendasse, scili-

Garnet lui recommandoit par ses lettres de faire en sorte que dans le temps qu'on feroit jouer la mine, il se trouvât sur les côtes des troupes prêtes à passer au plutôt en Angleterre.

Au mois de Juin suivant, le Jésuite *Greenwel* & son Supérieur *Garnet* délibérerent beaucoup & long-temps sur les détails de cette conjuration des Poudres....

.... Au mois d'Octobre, *Garnet* alla trouver les autres conjurés à Coughton, dans le Comté de Warwich. C'étoit leur commune retraite, & l'asyle dans lequel ils devoient se rendre de toutes parts. Le premier de Novembre, *Garnet* pria publiquement pour l'heureux succès de l'affaire importante des Catholiques à l'ouverture du Parlement.

Ici *Garnet* ayant obtenu la permission de répliquer pour sa défense, fit un discours, & dit : ... Pour ce qui est de moi, je sçais, à la vérité, qu'on traitoit avec l'Espagne ; la demande d'argent dont on parle, ne m'étoit point inconnue. Mais, dans mon intention, je l'ai toujours destinée à servir au soulagement des Catholiques indigens. Lorsqu'ils furent rendus en Espagne, il fut parlé de lever une armée ; mais ce dessein m'ayant été communiqué, je l'ai certainement desapprouvé. ... Il faut avouer que je n'ai point révélé ces faits.... je conviens que les Loix qui défendent de garder le secret en pareil cas, sont justes & salutaires.....

.... *Garnet* continua à se justifier.... Il avoua qu'il avoit donné à Guy Fawkes des lettres de recommandation pour lever

cet ut in Belgio stipendia faceret; . . . unicum meminit quod superius contra ipsum prolatum, nimirum, Catesbeium ab ipso in genere quæsivisse, utrùm insontes unà cum sontibus trucidare liceret. Quam ego quæstionem (inquit *Garnetus*) primò putavi otiosam, quamquam posteà ipsum aliquod monstri alere reverâ suspicarer. Atque hinc paucis pòst diebus *Garnetus* litteras Roma accepit ad seditiones quascumque, à Catholicis conflatas, quæ pacem publicam violare possint, maturè prohibendas. Litteras hasce *Garnetus* Catesbeio communicavit, addiditque ipsum, si nolente Papâ procederet, omninò nihil effecturum; Catesbeius verò abnuit, inquiens se Papæ voluntatem ab ipso audire nolle & tamen illas ipsas litteras generales quas Româ acceperat Catesbeio ostendit. Hic verò respondit, quod & Papæ & *Garneto* ipsi (modò auscultare vellet) particularem machinationis suæ narrationem faceret; quàm quidem posteà fecit; verùm *Garnetus* audire renuit, & semel atque iterum, ut de incœpto suo Papam certiorem faceret, efflagitavit. . . .

Ibid. p. 101.

Hall, *Jes.*

Tum verò citabantur duo testes fidei uterque cum primis spectatæ, qui colloquium *Garneti* & *Halli* Jesuitæ clancularium audiverant; nimirum Fawsett . . . . & Lockerson . . . . Lockerson secundùm formam coram Garneto juratus fide suâ datâ asseruit se *Garnetum Hallo*,

des troupes en Flandres.... Quant à ce qu'on a avancé ci-devant contre lui, il ne se souvient que d'une chose, sçavoir que Catesby lui a demandé en général, s'il étoit permis de faire mourir des innocens avec des coupables. Je regardai d'abord cette question comme sans objet, dit *Garnet*, quoique, dans la suite, j'aye soupçonné qu'elle pouvoit cacher quelque attentat. Quelques jours après, *Garnet* reçut des lettres de Rome, qui lui ordonnoient de prendre à temps ses mesures pour empêcher avec soin toutes séditions que pourroient exciter les Catholiques, & qui iroient à troubler la paix. *Garnet* fit part de ces lettres à Catesby, & lui ajouta, qu'il ne réussiroit jamais s'il vouloit agir contre le gré du Pape. Catesby rejetta cet avis, disant, que ce n'étoit pas de lui qu'il vouloit apprendre la volonté du Pape; & cependant *Garnet* montra à Catesby ces mêmes lettres conçues en termes généraux, qu'il avoit reçues de Rome. Celui-ci répondit: qu'il feroit au Pape & à *Garnet* lui même (s'il vouloit l'écouter) un récit détaillé de ce qu'il méditoit, & il le lui fit ensuite, *Garnet* refusa de l'entendre; & lui demanda avec instance, à plusieurs reprises, de faire sçavoir au Pape son dessein....

On produisit alors deux témoins, l'un & l'autre d'une probité reconnue, qui avoient entendu l'entretien secret de *Garnet* & du Jésuite *Hall*. C'étoit *Fawset* .... & *Lockerson*.... Lockerson ayant prêté serment, suivant la forme ordinaire, en présence de *Garnet*, assura sur sa foi,

hæc verba loquentem audiviſſe. Precationem meam de fortunato ſucceſſu actionis magnæ in initio Parlamenti mihi objicient, necnon verſus illos in fine precationis additos :

Gentem auferte perfidam
Credentium de finibus ,
Ut Chriſto laudes debitas
Perſolvamus alacriter.

Verùm quidem eſt (inquit *Garnetus*) me de proſpero, magnæ illius actionis eventû preces obtuliſſe ; dicam tamen eo animo ſenſuque illud me feciſſe , quòd ſeveriores quaſdam leges contra Catholicos eo tempore promulgandas ſubvererer. Atque hæc reſponſio commodiſſimè ſatisfaciet.

Garnetus retulit , noſle ſe duos illos viros clares qui colloquium ſub-audiverant , perjurii inſimulare , quia viros probos eſſe agnoſceret ; exiſtimavit tamen nonnulla aliter ac prolata fuerint auditu accepiſſe , tametſi quoad rem ipſam ultro citroque ipſorum relationem veram fateretur. Agnovit prætereà ſe de ſummâ machinatione , à *Greenvello* omnia ſpeciatim audiviſſe..... Pater *Greenvellus* machinationem integram in particulari ei aperuit , quam cùm audiverat , ſeipſum graviſſimè fuiſſe diſcruciatum , noctes inſomnes duxiſſe, ut ſucceſſu careret, ſubindè precibus apud Deum egiſſe conſtantiſſimè affirmavit.

qu'il avoit entendu *Garnet* disant à *Hall* ces paroles : Ils m'objecteront ma priere pour l'heureux succès de la grande action à l'entrée du Parlement, & en même temps les Vers que j'ajoutai à la fin de la Priere :

Détruisez une nation perfide, exterminez-la de la terre des vivans ; afin que nous puissions, avec allégresse, rendre à Jesus-Christ les louanges qui lui sont dûes.

Il est vrai, ajoûta *Garnet*, que j'ai prié pour l'heureux succès de cette grande action. Mais je leur dirai, que je ne l'ai fait, que parce que je craignois quelques Loix trop séveres que l'on étoit prêt de publier contre les Catholiques ; que je n'avois pas d'autre intention, ni d'autres vues, & cette réponse sera assez satisfaisante.

Garnet dit ensuite, qu'il ne vouloit pas accuser de parjure les deux hommes recommandables qui avoient entendu son entretien ; qu'il les reconnoissoit pour gens de probité ; qu'il croyoit pourtant qu'ils avoient pris certaines choses autrement qu'elles n'avoient été dites, quoiqu'il avouât que leur rapport étoit vrai au fond, & ne s'éloignoit pas de ce qui avoit été dit. Il reconnut, outre cela, que *Greenvell* lui avoit dit en particulier tout ce qui regardoit la conjuration .... que le Pere *Greenvell* lui en avoit fait tout le détail, & qu'il en avoit été cruellement tourmenté ; qu'il en perdoit le sommeil, & qu'il avoit adressé à Dieu ses prieres pour que l'affaire ne réussît pas. *Garnet* assura con-

Ad hoc Comes Salisburiensis, operæ pretium, inquit, futurum est si *Garnetus* devotionem ea in re perspicuè dilucideque demonstraret suam ; quòd si secus fecerit, illud in mentem ipsius necessariò redigendum esse, ipsum coram Dominis delegatis confessum fuisse se de machinatione illâ impediendâ Sacrificia Deo obtulisse, cum hac tamen cautione (nisi ad Catholicorum causam valdè faceret). Neque hercle alio nomine, inquit Comes, hæc Respublica tibi Missas & oblationes tuas acceptas debuit. Addidit porro : se mirari cur ad ipsius Generalem Aquavivam, tàm de istâ conjuratione in particulari, quàm de rerum leviorum prohibitione non scripserat.

Garnetus languidè respondit, sibi non licere ista alicui revelare, arcanum enim erat confessionis, & quàm plurimos in extremum capitis discrimen adduceret.

Ibid. p. 130. Deindè Attornatus Regius confessionem *Halli* (aliàs *Oldcorne*) Jesuitæ, contra ipsum propriâ exaratam manu .... curavit palam recitari, in quà disertè testatur Humfredum Littleton ei renunciasse Catesbeium & alios pulvere tormentario ex improviso accenso, fuisse miserè sauciatos : seque graviter & acerbè ferre, insumptam tot dierum operam jam in fumos evanuisse & ad exitum adeò deplorandum abiisse. Quem *Hallus* alacriori animo esse jussit, neque causæ æquitatem ex eventu judicare .... ad-

stamment toutes ces choses.

Le Comte de Salisbury dit à cela, qu'il seroit nécessaire que *Garnet* expliquât d'une façon claire & précise l'objet de ces prieres dont il venoit de parler ; sinon, qu'on devoit le faire ressouvenir, qu'il avoit avoué devant les Commissaires, avoir offert le Sacrifice pour empêcher l'entreprise, avec cette réserve, à moins qu'elle ne soit fort utile au bien des Catholiques. Et certes, dit le Comte, ce n'est que jusqu'à cette concurrence que la République vous a été redevable de vos Messes & de vos offrandes. Il ajouta, qu'il étoit surpris que *Garnet* n'eût pas instruit son Général Aquaviva des particularités de cette conjuration, comme il l'instruisoit des moindres choses qu'il étoit question d'empêcher.

Garnet répondit foiblement, qu'il ne lui étoit pas permis de révéler ces choses à qui que ce fût ; que c'étoit un secret de Confession, & que cela auroit exposé plusieurs personnes à perdre la vie.

Ensuite le Procureur du Roi fit lire publiquement l'aveu que *Hall*, autrement Oldcorne, Jésuite, avoit fait contre lui-même, & qu'il avoit écrit de sa propre main. Dans cet aveu il disoit expressément, que Humfroy Littleton lui étoit venu dire que Catesby & d'autres avoient été fort blessés par la poudre, qui avoit pris feu sans qu'on s'y attendît ; qu'il étoit extrêmement fâché de ce que la peine de tant de jours s'en étoit allée en fumée, & avoit une fin si déplorable. *Hall* lui releva le courage, en disant, qu'il ne fal-

jecisse etiam si semel peractum fuisset, etiam laudandum fuisse.

Supplicium de Henr. *Garneto*, Superiore Jes. it. in Angliâ.

Die 3 mensis Maii Henricus *Garnetus* extremum supplicium subiit.... Cùm in pegma ascendisset, quasi attonitus constitit, ipso vultu timorem & mentem malè consciam facilè prodente.... Astantibus autem in pegmate dixit, consilium fuisse sceleratum, & susceptum scelus fuisse immane, & ejusmodi ut si peractum fuisset, non potuisse non ex animo aversari. Addidit se tantùm à Catesbeïo in genere intellexisse, & in hoc tamen peccasse quod celaverit, & prævertere neglexerit. Quæ autem in particulari novit, dixit se tantùm sub sigillo confessionis accepisse. Recordator verò monuit ut in memoriam revocaret hæc quatuor quæ inter alia Rex propriâ ipsius *Garneti* manu consignata habuit.

1°. *Greenwellum* illi rem significasse non ut peccatum, sed quam ipse priùs intellexerat idque consultandi gratiâ.

2°. Catesbeïum & *Greenwellum* ipsum accessisse ut in scelere suscepto confirmarentur.

3°. *Tesmondum* & ipsum colloquium de particularibus in proditione illa per pulverem fulminalem satis longo post tempore in Essexia habuisse.

4°. *Greenwellum* interrogasse *Garnetum* quis Regni Protector futurus erat?

loit pas juger de la justice de la cause par l'évenement ; il ajouta, que *si elle eût réussi, elle eût été louable.*

Le 3 de Mai Henri *Garnet* subit le dernier supplice.... Lorsqu'il fut sur l'échafaud, il s'arrêta comme étonné, laissant voir sur son visage la crainte & ses remors.... Il dit aux assistans, que ç'avoit été une entreprise horrible ; que le crime qu'on avoit voulu commettre étoit énorme, & de telle nature que s'il eût été achevé, il lui eût été impossible de ne pas en avoir horreur. Il ajouta, qu'il n'avoit sçu la chose de Catesby qu'en général ; qu'il étoit cependant coupable de l'avoir célé, & d'avoir négligé de l'empêcher ; que ce qu'il avoit sçu en particulier, il ne l'avoit appris que sous le sceau de la Confession. Le Magistrat chargé d'assister à l'exécution l'avertit de se ressouvenir de ces quatre articles que le Roi, entre plusieurs autres, avoit entre les mains, signés de la propre main de Garnet. Procès verbal de l'exécution de Garnet.

1°. Que *Greenwell* lui avoit déclaré le fait, non comme un péché, mais comme une chose dont il avoit déja oui parler, & cela pour le consulter.

2°. Que Catesby & *Greenwell* l'étoient venu trouver, afin qu'il les confirmât dans le dessein d'exécuter le crime qu'ils avoient entrepris.

3°. Que *Tesmond* lui-même avoit eu avec lui, dans le Comté d'Essex, un entretien assez long sur les particularités de cette Conjuration des Poudres.

4°. Que *Greenwell* avoit demandé à *Garnet*, qui est-ce qui seroit Protecteur

*Garnetum*que respondisse id differendum esse donec res esset acta & transacta.

Hæc evincunt scelera illa aliundè quàm ex confessione tibi comperta fuisse, & hæc tui ipsius manu consignata habentur.

Garnetus respondit, quicquid sub manu suâ consignatum fuerat, verum esse, quòdque quæ sibi comperta Regiæ Majestati non aperuisset, mortis Sententiam justissimè in eum fuisse pronuntiatam.

Nota. Dans le Livre intitulé, Imago primi sæculi Soc. Jesu, composé par les Jésuites de toute la Province de Flandre-Allemande, on lit, page 908.

» Nutabat omni ex parte Anglia, & aversi
» ab Ecclesiâ Regis imperio fidem mutare
» compulsa, novo perfidiæ genere multiplicem
» hauserat pestem Lutheri,
» Zwinglii, Calvini, & aliorum è Cathedrâ
» pestilentiæ Magistrorum. Adfuère
» confestim ad medelam ei ferendam
» *Personii, Campiani, Cresuelli, Walpoli,*
» *Sothuelli, Garnetti :* quos omnes, post
» copiosam optatissimæ messis ubertatem,
» quâ laborum magnitudine, quâ carcerum
» pædore atque ærumnis, quâ atrocibus
» pro Religione suppliciis properata
» mors, triumphali, ut ità loquar,
» portâ, ad æternæ vitæ regiam transmisit. «

du

du Royaume? Et que *Garnet* avoit répondu : Qu'il ne falloit point s'embarrasser de cela, jusqu'à ce que la chose fût faite & consommée.

Toutes ces choses prouvent que vous avez eu connoissance de ces crimes autrement que par la Confession, & elles sont signées de votre propre main.

Garnet répondit : que tout ce qu'il avoit signé étoit vrai, & qu'on l'avoit condamné très-justement à mort, pour n'avoir pas découvert à Sa Majesté ce qu'il avoit sçu.

Nota. Dans le Livre intitulé, Imago primi sæculi Soc. Jes. composé par les Jésuites de toute la Province de Flandre-Allemande, on lit, page 908.

» L'Angleterre chanceloit de toutes parts; » les ordres d'un Roi ennemi de l'Eglise, la » forçoient de changer sa foi. Par un nou- » veau genre de perfidie, on lui faisoit » avaler le poison des erreurs sans nom- » bre de Luther, de Zwingle, de Calvin » & des autres Maîtres de la Chaire de » pestilence. On vint aussitôt à son se- » cours. Les *Persons*, les *Campians*, » les *Creswells*, les *Walpoles*, les *Sot-* » *wels*, les *Garnets* se présenterent pour » y apporter les remedes convenables : » après une abondante & désirable mois- » son, qu'ils recueillirent, leurs grands » travaux, des prisons infectes qu'ils souf- » frirent, des maux infinis, & des sup- » plices horribles qu'ils endurerent pour la

1609.
SEBAST.
HEISSIUS

SEBASTIAN. HEISSIUS.

Ad Aphorismos Doctrinæ Jesuitarum aliorumque Pontificiorum; ex Dictis, Scriptis, Actisque publicis collectos: Declaratio Apologetica Sebastiani Heissii è Societate Jesu. Ingolstadii, 1609. Cum approbatione Theodori Busæi, per Germaniam Superiorem Visitatoris, potestate ipsi concessâ à Claudio Aquaviva, Generali Societatis Jesu, datâ die decima Martii, anno 1609.

Cap. 3. Aph. 1. n. 56. pag. 160. SED enim odisti Marianam, quod veris tyrannis comparet Principem communi totius Provinciæ suffragio hostem

» Religion, les conduisirent tous à une
» mort précipitée, qui fut, pour ainsi dire,
» la porte de triomphe par laquelle ils ar-
» riverent au Royaume éternel «.

Voyez aussi inscrits au nombre des MARTYRS DE LA SOCIÉTÉ dans ses différens Catalogues ; sçavoir :

Garnet, dans celui de Ribadeneira, *p.* 375. dans celui d'Alegambe, *p.* 567. dans celui de Sotuel, *p.* 974.

Oldecorne, dans celui de Ribadeneira, *p.* 375. & dans celui d'Alegambe, *p.* 566.

Edme Campian, dans celui de Ribadeneira, *p.* 366. & 367. dans Alegambe, *p.* 562. & dans Sotuel, *p.* 974.

Walpole, dans Ribadeneira, *p.* 371. dans Alegambe, *p.* 565. & dans Sotuel, *p.* 975.

Gerard, dans Sotuel, *p.* 975.

Persons, dans Sotuel, *p.* 976.

SEBASTIEN HEISSIUS.

1609. SEBAST. HEISSIUS.

DÉCLARATION *Apologétique de Sébastien Heissius, sur les Aphorismes de la Doctrine des Jésuites, tirés de leurs Discours, Ecrits, & des Actes publics.* A Ingolstad, 1609. *Avec approbation de Théodore Busée, Visiteur de la Haute-Allemagne, suivant le pouvoir à lui donné à cet effet par Claude Aquaviva, Général de la Société de Jesus ; ladite Approbation en date du* 10 *Mars* 1609.

VOULEZ-vous rendre odieux Mariana parce qu'il met dans la classe des vrais Tyrans un Prince déclaré ennemi par suffrage *Chap.* 3. *Aph.* 1. *n.* 96. *p.* 160.

declaratum; quem *si res ferret*, *neque aliter se Respublica tueri posset*, *ferro perimere liceret ? Grande paradoxum ! Hostem publicum*, *si id Reipublicæ salus exigat*, *jure interfici.* « Subdit Mariana : » Roges quid faciendum, si publici » conventûs erat sublata facultas, » quod sæpè potest contingere, Par » profectò, meâ quidem sententiâ, ju- » dicium erit; cum Principis tyrannide » oppressâ Republicâ, sublatâ civibus » inter se conveniendi facultate, volun- » tas non desit delendæ tyrannidis, sce- » lera Principis manifesta modò & in- » toleranda vindicandi. Neque est pe- » riculum, ut multi eo exemplo in » Principum vitam sæviant, quasi ty- » ranni sint. Neque enim id in cujus- » quam privati arbitrio ponimus, non » in multorum, nisi publica vox populi » adsit, viri eruditi & graves in consi- » lium adhibeantur. Ex his vulpecula » refert talia : » nisi publica vox populi adsit, quæ Regem pro tyranno habeat, adhibendos esse in consilium viros eru- ditos & graves; horum nomine stulto labore probat intelligi Jesuitas. Nam Stephanus Hojeda Societatis Jesu in Provinciâ Toletanâ, anno 1598 Visi- tator in facultate imprimendi tres Ma- rianæ nostri de Rege libros, affirmat eos approbatos à viris doctis & gravi- bus ex eodem nostro Ordine : ergo ubicumque virorum gravium & docto- rum fit mentio, licebit substituere Je- suitas, præsertim cùm de rebus poli- ticis, & mutandis Regibus agitur; de

commun de toute la Nation, & qu'il décide que, *si le cas le comporte & que la République ne puisse autrement se mettre à l'abri, il est permis de le tuer?* Grand paradoxe assurément, *qu'il soit permis de tuer un ennemi public, si le salut de l'Etat l'exige!* Mariana ajoute: » Vous demandez ce qu'il » faut faire si, ce qui peut souvent arri- » ver, la Nation n'a pas la liberté de s'as- » sembler. A mon avis, la même déci- » sion doit avoir lieu, parce que, dans la » supposition que l'Etat est opprimé par » la tyrannie du Prince, & que les ci- » toyens n'ont pas la liberté de s'assem- » bler, la volonté ne manque pas à l'Etat » de détruire la tyrannie, & de venger » les crimes manifestes & intolérables du » Prince. Et il n'est point à craindre que » beaucoup, sous ce prétexte, attaquent » la vie des Princes à titre de Tyrannie; » & nous n'abandonnons pas un tel acte à » la discrétion de tout Particulier, ni mê- » me de plusieurs «, à moins qu'il n'y ait une voix publique de la Nation, & qu'*on n'ait pris l'avis de personnages sçavans & graves*. Le critique malin tourne ces expressions comme si elles disoient, qu'à moins qu'il n'y ait une voix publique qui déclare le Prince Tyran, il faut prendre conseil de personnages sçavans & graves. Sur ces derniers termes il s'épuise, en pure perte, à établir qu'ils indiquent les Jésuites. Car Etienne Hojeda, Visiteur de la Société de Jesus en la Province de Tolede en l'année 1598, dans la permission par lui donnée d'imprimer les trois Livres de Mariana sur le Roi, atteste

quo consultare Jesuitarum non minus proprium munus est, quàm grassante lue curare, ne desint amuleta necessaria, theriace proba, aliaque alexipharmaca. Sed stultitiam longè superat nequitia. Utrumque requirit Mariana, & vocem publicam populi, & eruditoruux graviumque virorum directionem, sine quâ præceps sæpè & inconstans plebis judicium, ab erroris & injusti adversùs Principem furoris periculo securum haud fuerit. Tu vulpinaris alterutrum sufficere, & Marianæ mendaciter adscribis, quæ ille minimè admittit. An non expressè negat hanc rem subesse arbitrio cujusquam privati, aut multorum privatorum, scilicet seu docti gravesque, seu indocti sint? An non profitetur ex suâ sententiâ nihil periculi imminere Principibus? quod dici nequit, si legitimum Principem nonnullis Theologis pro tyranno declaratum cuivis privato interficere licet. Et tu hanc insaniam Jesuitarum appellites doctrinam? Immo nec Sententiam, quam Marianæ agnoscimus fuisse, Jesuitis communem sine mendacio dixeris: præsertim cùm eam privatam suam propriamque nec adeo certam esse tam apertè protestetur: *Par profectò, meâ quidem Sententiâ.* Et ad calcem capitis: *hæc nostra* (nosti Latinum morem) *sententia est, à sincero animo certè profecta, in qua cùm falli possim, ut humanus, si quis meliora attulerit, gratias habeam.*

qu'ils sont approuvés par personnages, dit-il, doctes & graves de la même Société de Jesus. *On voit donc bien que partout où on trouve l'énoncé de personnages graves & doctes, on peut y sous-entendre & substituer les Jésuites, sur-tout lorsqu'il s'agit d'affaires d'Etat, & de dépossession des Rois, objets sur lesquels il est aussi spécifiquement propre aux Jésuites de donner conseil, que de pourvoir dans un tems de peste à ce qu'on ne manque ni de thériaque, ni d'antidote, ni d'aucuns des remédes nécessaires.* Mais dans l'imputation du critique, la malignité mérite bien plus d'être relevée que le défaut de jugement. Mariana, en effet, ne sépare point ces deux conditions, & la voix publique du Peuple, & la direction de personnages sçavans & graves, sans laquelle l'impression populaire, souvent violente & inconstante, pourroit exposer un Prince aux effets de l'erreur & d'une fureur injuste. Vous, vous supposez méchamment que Mariana pense qu'une des deux conditions suffit seule, & vous avez l'imposture d'attribuer à Mariana ce qu'il n'admet en aucune maniere. Mariana ne nie-t-il pas lui-même que cette résolution doive être abandonnée au gré de tout particulier, ou même d'un grand nombre de particuliers, soit qu'ils soient sçavans, ou ignorans ? N'atteste-t-il pas lui-même que son avis ne doit faire rien craindre aux Princes ? ce qu'il ne pourroit pas dire, si un Prince légitime pouvoit, sur l'avis de quelques Théologiens qui le jugeroient Tyran, être tué par tout particulier. Et vous,

Num. 97. Ego ſane meliorem pluriumque hunc ſenſum eſſe teneo, neminem *privatum*, *extra neceſſitatem ſe ſuoſve defendendi*, *manus inferre poſſe legitimo Principi ante publicam judicialiter latam ſententiam*, *quâ Tyrannus hoſtiſque Reipublicæ declaretur; adeòque poteſtate quâ potiebatur*, *ab his quibus fas eſt, exuatur.* Hanc doctrinam confirmant Cajetanus, Sotus, & ex Societatis noſtræ Theologis, *Gregorius de Valentia*, tomo 3. in tertiam partem Summæ Sancti Thomæ quæſt. 8. de Juſtitia, puncto 3. *Leonardus Leſſius*, cap. 9. de Juſtitia, dub. 4. *Ludovicus Richeomus* in Apolog. ad Henricum IV. Francorum Regem, num. 115. *Jacobus Gretzerus* in Stigmate Miſenico, & cæteri; dum negant à privato licitè occidi Principem, qui jus regnandi habet, tametſi Rempublicam tyrannicè premat.

vous appellerez une telle extravagance la Doctrine des Jésuites ! Il y a plus ; l'avis méme que nous reconnoissons être celui de Mariana, on ne peut sans mensonge l'appeller l'avis commun des Jésuites, d'autant plus que lui-même proteste formellement, qu'il ne l'avance que comme son avis particulier & susceptible de quelque incertitude. A mon avis, dit-il, c'est la même décision ; & à la fin du chapitre : C'est-là, dit-il, notre avis (la force du langage Latin permet cette expression *notre*) que nous présentons avec une intention droite ; mais sur lequel pouvant me tromper, comme étant homme, je recevrai avec reconnoissance ce qu'un autre pourroit présenter de meilleur.

Quant à moi, je tiens comme le meilleur & le plus suivi, ce principe, *qu'aucun Particulier, hors la nécessité de défendre soi-même, ou les siens, ne peut porter les mains sur le Prince légitime, jusqu'à ce qu'il ait été rendu judiciairement une Sentence publique qui le déclare Tyran & Ennemi de la République, & qu'en conséquence il soit dépouillé par ceux à qui cela est permis, de la puissance dont il étoit revêtu.* C'est le sentiment qu'établissent Cajetan, Soto, & entre les Théologiens de notre Société, *Grégoire de Valentia*, tom. 3. sur la troisiéme Partie de la Somme de Saint Thomas, question 8. de la Justice, point 3. *Leonard Lessius*, chap. 9. de la Justice, doute 4. *Louis Richeome*, dans son Apologie à Henri IV. Roi de France, n°. 115. *Jacques Gretzer*, dans son Livre intitulé *Stigma Mise icum*, & les autres ; lesquels nient qu'un Particu-

Ajoutez, que si la tyrannie vient à un excès qu'elle ne paroisse plus supportable, & qu'il n'y ait aucun autre reméde, il faut d'abord que la République ou les Etats-Généraux du Royaume, ou qu'elqu'autre ayant autorité, le dépose & le déclare ennemi, pour qu'il soit permis d'attenter à sa personne. Car alors il cesse d'être Prince.

S'il est permis d'en tuer un autre pour *Ibid. Doute 8. n. 41. p. 93. col. 1.*

Utrum liceat alterum occidere in vitæ suæ defensionem. D. Thomas. art. 7.

Respondet divus Thomas, licere, quando id necesse, modò tamen non intendatur mors invasoris.

Ibid. Dubitatione 8. *n.* 1. p. 93. co l. 1.

Notandum est Augustinum de Ancona Tractatu *de Potestate Ecclesiæ*, quæst. 52. art. 3. *docuisse*, *occidere invasorem non esse licitum*, *sed solùm permissum*. Idem videtur sensisse Gerson Tractatu *de Eucharistiâ*. Ratio eorum est, quia tenemur potius corporalem mortem oppetere, quàm ut proximum in æternam damnationem pærcipitemus. Sed contraria sententia est communis, pro quâ dico 1°. fas esse occidere injustum invasorem, ob defensionem vitæ suæ, & integritatis membrorum, cum moderamine inculpatæ tutelæ .... Quare etiam Clericis & Monachis hoc concessum, sicut & Laïcis : idque contrà quoscumque, etiam contrà Superiores ; ut *Monacho contra Abbatem*, *filio contra parentem*, *servo contra Dominum*, *vassallo contra Principem* : & in quocumque officio sit quis occupatus, ut si celebret & invadatur, *potest* se tueri & OCCIDERE invasorem, si necesse sit & POSTEA SACRUM CONTINUARE.



défendre

défendre sa vie ? Saint Thomas , art. 7.

Saint Thomas répond que cela est permis dans la nécessité, pourvu qu'on n'ait pas intention de tuer celui qui nous attaque.

Il faut remarquer qu'Augustin d'Ancone enseigne, dans le Traité de la Puissance de l'Eglise, quest. 52, art. 3, *qu'il n'est pas licite de tuer un aggresseur, mais que cela est seulement permis.* Il paroît que Gerson a pensé de même dans le Traité de l'Eucharistie. Leur raison est que nous sommes obligés de souffrir plutôt la mort, que de précipiter notre prochain dans la damnation éternelle. Mais le sentiment contraire est commun ; & pour l'appuyer, je dis premierement qu'il est permis de tuer un injuste aggresseur pour la défense de sa vie & pour la conservation de ses membres, avec la modération d'une juste défense.... C'est pourquoi cela est permis aux Clercs & aux Moines, aussi-bien qu'aux Laïcs ; & cela contre qui que ce soit, même contre les Supérieurs ; comme *à un Moine contre son Abbé, à un fils contre son pere, à un serviteur contre son maître, à un vassal contre son Prince :* & dans quelque occupation que l'on soit, comme si quelqu'un célébroit, & qu'on vînt l'attaquer, il faut se défendre, tuer l'aggresseur, si cela est nécessaire, & après cela continuer la Messe.



1617. ANTONIUS FERNANDIUS.

ANTONII FERNANDII.

ANTONII Fernandii Conimbricensis Doctoris è Societate Jesu, & in Eborensi Academiâ, S. Scripturæ quondam Professoris, Commentarii in visiones Veteris Testamenti. *Lugduni* 1617. Cum permissu Francisci Pereira, Societ. Jesu, in Lusitaniâ Provincialis, potestate ad id ipsi factâ à Mutio Vitellesco ejusdem Soc. Generali, post approbationem gravium Patrum ejusdem Societ. & cum altero permissu Bartholomæi Jacquinotii, in Provinciâ Lugdunensi Provincialis.

Laudatur in variis Scriptorum Soc. Jes. Bibliothecis, apud Alegambe, pag. 39. apud Sotuel, pag. 72.

Visio 21. Danielis, cap. 2. sect. 2. n. 3. col. 548.

PROV. 14. dicitur: *In multitudine Populi dignitas Regis*, quia videlicet nemo dicitur Rex per aliquid in se inventum re ipsâ, sed per æstimationem, quâ illum sibi multitudo prælegit, quod totum referri debet ad beneplacitum populare...

Ibid. n. 4.

Et quidem *nec plantatus, nec satus, nec radicatus* in terra truncus eorum. Quia dignitatem regiam non habent radicatam in se, sed in alio, videlicet in ipsâ opinione & *beneplacito multitudinis*, ut suprà dictum est. Itaque dignitatem eam non sativam, non nativam, aut naturalibus radicibus, sed alienis suffragiis in-

ANTOINE FERNANDIUS. 1617.

ANTOINE FERNAND.

COMMENTAIRES sur les visions de l'Ancien Testament, par le P. Antoine Fernand, de la Compagnie de Jesus, Docteur de Conimbre, & ci-devant Professeur de l Ecriture Sainte dans l'Université d'Evora. *A Lyon 1617.* Avec la permission du P. François Pereira, Provincial de la même Compagnie dans le Portugal, suivant le pouvoir à lui donné par le P. Mutio Vitelleschi, Général de ladite Compagnie; d'après l'approbation de plusieurs graves Peres de la même Compagnie; & avec une autre permission du P. Barthelemi Jacquinot, Provincial de la Province de Lyon.

Il est loué dans les différentes Bibliotheques des Ecrivains de la Société. Voyez Alegande, p. 39. Sotuel, p. 72.

Il est dit au 14 Chapitre des Proverbes, que *la multitude du Peuple fait la dignité du Roi;* parce qu'en effet, personne n'est appellé Roi pour quelque chose qui se soit trouvée réellement en lui, mais à cause de l'opinion par laquelle la multitude l'a préféré pour le mettre à sa tête; ce qui se doit entierement rapporter *au bon plaisir du peuple.* . . . . Vision 21. de Daniel, *chap.* 2. *sect.* 2. n. 3. *col.* 548.

Et certainement leur tronc n'est ni planté, ni attaché, ni enraciné dans la terre, attendu qu'ils n'ont pas la dignité royale enracinée en eux-mêmes, mais dans un autre, sçavoir, *dans* l'opinion même & *Ibid. n.* 4.

hærentem habent .... Monstratas ideò *Monarchias* in somnis(vidit Daniel) quia nihil amplius sunt (Monarchiæ) quàm *phantasmata ludicra* , *nihil rei habentia præter fictitiam pompam*.

FRANCISCUS TOLETUS.

1601. 1618. & 1619. TOLET. *Liber quintus cap.* 6. De quinto Præcepto, & peccato se occidendi. *n.* 10.

FRANCISCI TOLETI , *Societatis Jesu* , *Instructio Sacerdotum*. Lutetiæ Parisiorum,*juxta exemplar Romæ editum an.* 1618. *apud Barth. Zannetum*. 1619.

Vide Sotuel , page 260.

Est unus casus , in quo licet privato cuilibet occidere , cùm , putà , Tyrannus est in civitate aliquâ , quem aliter non possunt cives expellere ... Tamen adverte , duplicem esse Tyrannum , unum potestate & dominio , qui non habet titulum verum , sed tyrannicè occupat Rempublicam : & hunc *licet occidere* , ut diximus , dum aliter non potest Respublica liberari , & dum spes est probabilis liberationis * : aliter non licet privato cuilibet occidere. Alterum tyrannum administratione , qui habet quidem verum titulum , sed tyrannicè tractat subditos ; & hunc non licet absque publicâ autoritate occidere. Et asserere contrarium , damnatur ut hæreticum in Concilio Constantiensi , sess. 15 : non tamen ista damnatio de priori tyranno est intelligenda.

* *Editione* 1601. *legitur* libertatis.

le bon plaisir de la multitude, comme on l'a dit plus haut. Ainsi leur dignité n'est ni plantée en eux, ni formée par la nature, c'est-à-dire, inhérente à des racines naturelles, mais appuyée sur des suffrages étrangers.... C'est pourquoi Daniel a vu les Monarchies en songe, parce qu'elles ne sont que de pures représentations de théâtre, qui n'ont de réel qu'une pompe imaginaire.

FRANÇOIS TOLET.

1601. 1618. & 1619. TOLET. Liv. 5. ch. 6. sur le cinquiéme Précepte, & le péché qu'il y a de se tuer. n. 10.

INSTRUCTIONS *des Prêtres, de François Tolet, de la Société de Jesus. A Paris, sur l'Édition de Rome de l'an* 1618, *chez Barthelemi Zannet*, 1619.

Voyez Sotuel, page 260.

Il y a un cas dans lequel il est permis de tuer. Par exemple, lorsque le Tyran est dans quelque Ville d'où les Citoyens n'ont pas d'autre moyen de le chasser.... Cependant faites attention qu'il y a deux sortes de Tyrans, l'un par la puissance & la possession, qui n'a pas un véritable titre, mais qui usurpe une autorité tyrannique sur la République; *il est permis de tuer celui-ci*, comme nous l'avons dit, lorsqu'on ne peut autrement délivrer la République, & qu'il y a une espérance probable qu'elle sera délivrée: autrement il n'est pas permis à tout particulier de tuer. L'autre espéce de Tyran est celui qui l'est par sa conduite dans le gouvernement, qui, à la vérité, a un vrai titre, mais qui traite ses Sujets d'une maniere tyrannique. Il n'est pas permis de tuer celui-là sans l'autorité publique. Soutenir le contraire, c'est ce qui a

été condamné comme hérétique par le Concile de Constance, Session 15. Mais cette condamnation ne doit pas s'entendre du premier Tyran.

ANTOINE SANCTARELLE.

1625. SANCTARELLE.

TRAITÉ d'Antoine Sanctarelle, de la Société de Jésus, sur l'Héréfie, le Schisme, la Séduction dans le Sacrement de Pénitence, & sur le Pouvoir du Souverain Pontife pour punir ces sortes de crimes. A Rome, 1625. *Avec la permission de Mutio Vitelleschi, Général, après l'examen de trois Théologiens de ladite Société.*

LE Pape peut déposer les Rois négligens. Comme Saint Pierre a reçu la puissance de punir les personnes dont j'ai parlé, de peines temporelles, & même *de la mort*, pour la correction des autres, & pour faire un exemple; de même on doit croire que l'Eglise & son souverain Pasteur ont reçu le pouvoir de punir de peines temporelles ceux qui violent les loix divines & humaines.... Il a été dit à Pierre & à ses Successeurs, *Paissez mes brebis.* Or le Pasteur a droit d'imposer à ses ouailles la peine dont la droite raison lui dit qu'elles doivent être punies. Si donc la prudence & la droite raison demandent, pour le bien de l'Eglise, que les Princes désobéissans & incorrigibles soient punis de peines temporelles, & *privés de leur Royaume*, le souverain Pasteur de l'Eglise peut leur imposer ces peines, puisque ces Princes ne sont pas hors le bercail de l'Eglise. Ch. 30. p. 296. & suiv.

1627.
TANNER.

ADAM TANNER.

Adami Tanneri, è Societate Jesu, Sacræ Theologiæ Doctoris, & in Academiâ Ingolstadii Professoris Theologiæ scholasticæ. Tom. 3. Ingolstadii 1627. *Cum permissu Gualteri Mundbrot, Germaniæ Superioris Provincialis, potestate ad id ipsi concessâ à Mutio Vitellescò, Generali.*

Quæst. 8. Disp. 6. de Justitiâ, Dubio 3. n. 32. pag. 1230.

Assertio 12. Tyrannum, solùm quoad modum regendi seu administrationem, quandiu suâ potestate legitimè, non exuitur, occidere privatis non licet. Probatur tum ex 1a. Petri 2, v. 18. Servi (eadem est ratio omnium subditorum) *subditi estote in omni timore Dominis non tantùm bonis & modestis, sed etiam dyscolis*: Tum ex Concilio Constantiensi loco citato, cujus damnatio, sine controversiâ, ad hujusmodi Tyranni occisionem spectat. Cùm enim relatus fuisset hic articulus: *Quilibet Tyrannus potest & debet licitè & meritoriè occidi, per quemcumque vassallum suum vel subditum*, (Est ergo sermo solùm de Tyranno quoad administrationem) *etiam per clanculares insidias, & subtiles blanditias vel adulationes, nonobstante quocumque præstito juramento, seu confederatione factis cum eo, non expectatâ sententiâ, vel mandato judicis cujuscumque.* Subjungitur: *adversùs hunc errorem satagens hæc sancta Synodus exurgere, & ipsum funditùs tol-*

ADAM TANNER.

1627.
TANNER.

ADAM TANNER, *Jésuite, Docteur de la Faculté de Théologie, Professeur dans l'Université d'Ingolstad. Traités de la Théologie Scolastique. Tome* 3. A Ingolstad, 1627. *Avec permission de Gualteri Mundbrot, Provincial de la Haute-Allemagne, suivant le pouvoir qui lui en a été donné par Mutio Vitelleschi, Général.*

Quest. 8. *Disp.* 6. de la Justice. *Doute* 3. *n.* 32. *p.* 1236.

PREMIERE assertion. Tant qu'un Tyran, qui n'est tel que par sa maniere de gouverner ou son administration, n'est point légitimement dépouillé de sa puissance, il n'est permis à aucun particulier de le tuer. Cela se prouve d'abord par la premiere Epitre de Saint Pierre, ch. 2, v. 18: *Serviteurs*, (il en est de même des autres Sujets,) *soyez soumis à vos Maîtres avec toute sorte de respect; & non-seulement à ceux qui sont bons & doux, mais encore à ceux qui sont rudes & fâcheux.* Ensuite par le Concile de Constance, à l'endroit cité plus haut, la condamnation qu'il a prononcée, ayant certainement un Tyran de cette espece pour objet : car après avoir rapporté cet article : » Chacun (1) Tyran doit & peut » être louablement & par mérite occis de » quelconque son Vassal & Sujet, (il s'agit donc-là seulement d'un Tyran quant à l'administration.) » mêmement par aguet» tes ou par flaterie ou adulations, nonobs» tant quelconques jurement ou confédé-

(1) On rapporte cet Article dans les termes originaux.

lere, declarat & definit hujusmodi doctrinam erroneam esse in fide & in moribus, ipsamque tanquam hæreticam, scandalosam, & ad fraudes, deceptiones, mendacia, proditiones, perjuria vias dantem, reprobat & condemnat. Declarat insuper & decernit, quòd pertinaciter doctrinam hanc perniciosissimam asserentes sunt hæretici, & tanquam tales juxta canonicas sanctiones puniendi. Ita Concilium. Et quamvis in eâ propositione plures etiam alii errores admiscentur, propter quos meritò damnatur, satis tamen apparet, etiam ob ipsam per se probatam occisionem Tyranni quoad administrationem, damnari, utpote causam *proditionum*, &c.

Ratio assertionis est : quia isti sunt & manent legitimi Domini, permittente ipsâ Republicâ : ac proinde non est voluntas Reipublicæ, ut à quoquam occidantur. Accedit quod aliàs facilè cædibus omnia repleri possent, præsertim si res tanta judicio subditorum & inconditæ plebis relinqueretur.

Assertio secunda. Licet tamen, non solùm

» rations faites avec lui, sans attendre la » Sentence, ou le mandement de juge » quelconque : « Après avoir, dis-je, rapporté cet article, il est ajouté : » Le Saint » Concile voulant avec empressement s'é» lever contre cette erreur, & la détruire » de fond en comble, déclare & décide » qu'une semblable doctrine est erronée » dans la Foi & dans les mœurs; la rejette » & la condamne comme hérétique, scan» daleuse & comme ouvrant la voie aux » tromperies, aux mensonges, aux trahi» sons, aux parjures. Il déclare de plus & » décide que ceux qui soutiennent avec » obstination cette pernicieuse doctrine, » sont hérétiques, & doivent être punis » comme tels suivant la rigueur des Cons» titutions.« Ainsi s'explique le Concile, & quoique la proposition, dont il s'agit renferme plusieurs autres erreurs qui l'ont fait justement condamner, il est clair néanmoins que la condamnation tombe aussi sur l'approbation qu'on y donne à l'assassinat d'un Tyran, seulement quant à l'administration.

La raison de cette assertion est que ces sortes de Tyrans sont & demeurent Seigneurs légitimes par la permission de la République ; & par conséquent l'intention de la République n'est pas que personne attente à leur vie. Ajoutez à cela qu'en faisant autrement, ce seroit exposer l'Etat à devenir un théatre de carnage, sur-tout si l'on abandonnoit une affaire de cette importance au jugement des Sujets & d'une populace qui n'a pour régle que ses caprices.

Seconde assertion. Non-seulement les N°. 33.

privatis injustè invasis, per se loquendo; cum moderamine inculpatæ tutelæ, se contra vim injustam tueri, habitâ imprimis ratione boni communis & publicæ tranquillitatis, secundùm ordinem caritatis; sed etiam ipsi Reipublicæ publicis comitiis aut communi Concilio & auctoritate injustam vim compescere. Et si adeò manifesta & intolerabilis sit Tyrannis, quæ aliâ ratione non videatur posse depelli, etiam Tyrannum à sua potestate deponere, & depositum pro meritis *mulctare*. . . . . .

Ratio est, tum quia Respublica, uti in Principem suam potestatem contulit, ita ab eodem potest ex justa causa auferre; tum quia quæque Respublica habet potestatem sibi prospiciendi de legitimo capite quale non est hic qui ex pastore populi in lupum degeneravit.

N. 34. pag. 1237. Assertio tertia. Tyrannus quoad substantiam à quolibet oppressæ Reipublicæ cive licitè occiditur. . . . . .

N. 38. Neque verò huic assertioni adversatur Concilium Constantiense, sessione 15, dum articulum superiùs relatum damnat: » Quilibet Tyrannus potest & » debet licitè & meritoriè occidi per » quemcumque vassalum, &c. « Ea enim propositio uti meritò damnata est

Particuliers qui éprouvent une invaſion injuſte, peuvent, à proprement parler, & en ſe renfermant dans les bornes d'une défenſe légitime, ſe metre à l'abri de la violence injuſte qu'on leur fait, ayant égard, par-deſſus tout, au bien commun & à la tranquillité publique, ſuivant l'ordre que la charité preſcrit; mais les Etats-Généraux, ou l'Aſſemblée commune de la République, peuvent ſe concerter & uſer de leur autorité, pour réprimer l'injuſte oppreſſion. Que ſi la tyrannie eſt ſi manifeſte & ſi intolérable, qu'on ne voye point d'autre moyen de la faire ceſſer qu'en dépoſant le Tyran de ſa puiſſance, cela eſt permis, & même de le punir ſelon ſes mérites, après l'avoir dépoſé.

La raiſon eſt, 1°. que comme la République a remis ſa puiſſance entre les mains d'un Prince, elle peut de même pour de juſtes cauſes, la lui retirer: 2°. Que chaque République a le droit de pourvoir à ſon ſalut en ſe donnant un chef légitime, tel que n'eſt pas celui dont il s'agit, puiſque de paſteur du peuple il eſt devenu un loup à ſon égard.

Troiſieme aſſertion. Il eſt permis à tout citoyen d'une République opprimée, de tuer un Tyran qui eſt tel quant à la ſubſtance. *N.* 34. *pag.* 1237.

Cette aſſertion n'eſt point contraire à la quinzieme Seſſion du Concile de Conſtance, où l'on condamne l'article rapporté ci-deſſus: » Chacun Tyran doit & peut » être louablement & par mérite occis, » de quelconque ſon Vaſſal, &c. « Cette propoſition, juſtement condamnée, ren- *N.* 38.

ita multos apertos errores, à nostra sensententia prorsus alienos, continet: 1°. Dum indistinctè loquitur de quolibet Tyranno. . . . . 2°. Dum etiam *debere*, non solùm occidi *posse*, asserit; cùm tamen plerique, etiam dum alioquin id possunt, *à debito excusentur* ob difficultatem & periculum operis, &c.

1627.
CORNEL. A
LAPIDE.

CORNELIUS A LAPIDE.

COMMENTARIA in Acta Apostolorum & in Epistolas canonicas, Auctore Cornelio à Lapide, è Societ. Jes. olim in Lovaniensi, pòst verò in Romano Collegio, sacrarum Litterarum Professore. Lugduni 1627. *cum permissu Stephani Charleti, Soc. Jes. in Provinciâ Lugdunensi Provincialis.*

In Epist. 1. S. Petri, cap. 2. p. 227.

SACERDOTALE Regnum Ecclesiæ in primis cernitur in Episcopis & Episcopatu. . . . . Maximè verò idipsum cernitur in Summo Pontifice & Pontificatu, cujus summa & amplissima quaqua versum est potestas per totum orbem sese extendens, quâ etiam Regibus imperat (unde & Reges se ei supplices prosternunt, suaque Sceptra substernunt) ac Reges Ecclesiæ rebelles Regno privare potest, uti sæpè privavit.

ferme plusieurs erreurs manifestes dont notre sentiment est fort éloigné, 1°. En tant qu'elle parle indistinctement de toute espece de Tyran ; 2°. en tant qu'elle assure que, non-seulement on peut, mais qu'on doit même tuer le Tyran, quoique néanmoins la plûpart de ceux qui le peuvent soient déchargés de l'obligation de le faire, à cause de la difficulté & du danger de l'entreprise.

CORNEILLE DE LA PIERRE.

1627. Corn. de la Pierre.

Commentaires sur les Actes des Apôtres & sur toutes les Epîtres Canoniques, par Corneille de la Pierre, de la Compagnie de Jesus, ci-devant Professeur des Saintes Lettres dans le College de Louvain, & ensuite dans le College Romain. A Lyon, 1627. Avec la permission du P. Etienne Charlet, Provincial de la même Compagnie, dans la Province de Lyon.

Le Royaume Sacerdotal de l'Eglise paroit d'abord dans les Evêques & l'Episcopat..... Mais il se fait surtout remarquer dans le souverain Pontife & le Pontificat, dont la puissance très-grande & très-ample de toutes parts, s'étend dans tout l'univers, puissance par laquelle il commande aux Rois, (raison pourquoi ils se prosternent devant lui en forme de supplians, & mettent leurs Sceptres à ses pieds), puissance qui lui donne droit de priver de leurs Royaumes les Rois qui sont rébelles à l'Eglise, comme il les en a souvent privés.

Sur la premiere Epître de S. Pierre, chap. 2. pag. 227.

1628. LEON. LESSIUS.

LEONARDUS LESSIUS.

De Justitiâ & Jure.

Lib. II. De Juram. c. 42. dubit. 12. n. 64. pag. 632.

Itaque Summus Pontifex, ut Christi Vicarius, & omnium Christianorum Superior, *potest immediatè tollere & condonare omnem obligationem ex juramento promissorio ortam erga aliquem*, quando justa causa subest; quæ condonatio non minus efficax est, quàm si ipse promissarius, in cujus favorem juramentum erat, eam fecisset.

Ibid. n. 65.

Sæpè etiam justa causa relaxandi juramenti etiam debito modo præstiti & exacti, est punitió delinquentis, & cautio periculorum quæ ab ipso impendent. Hoc *modo relaxatur juramentum* subditorum quo obstricti sunt *suo Principi*, vel alteri Superiori; quando ille ob crimen per Summum Pontificem, vel aliás per suum Superiorem legitimè privatur dignitate vel officio, ratione cujus ei præstitum erat juramentum, vel quando suspenditur ab officii sui executione.

1631. FERD. DE CASTRO PALAO.

FERDINANDUS DE CASTRO PALAO.

Opera Moralia.

Part. I. De virtutibus &

Si de potestate coercitivâ seu punitivâ loquamur, certum est Clericos jure ca-

LÉONARD LESSIUS.

1628. LÉON. LESSIUS.

De la Justice & du Droit.

AINSI le Pape, comme Vicaire de Jesus-Christ & Supérieur de tous les Chrétiens, peut, lorsqu'il en a une juste raison, annuller par la puissance immédiate & remettre toute obligation contractée en vertu d'une promesse faite à un tiers sous la foi du serment, & cette décharge remise est aussi valable que si celui en faveur de qui l'obligation a été contractée l'avoit lui-même donnée. *Liv. II. Du serment, ch. 42. doute 12. p. 632. n. 64.*

Souvent même la punition d'un coupable, & les précautions à prendre contre les dangers qui sont à craindre de sa part deviennent une juste raison d'absoudre d'un serment qui lui avoit été prêté légitimement. C'est ainsi que l'on délie les sujets du serment de fidélité qui les attachoit à leur Prince ou à un autre Supérieur; lorsque ce Prince en punition de quelque crime, est légitimement dépouillé par le Pape ou un autre Supérieur, de la dignité ou de l'office pour raison desquels on lui avoit prêté serment, ou lorsqu'il est simplement interdit de ses fonctions. *Ibid. n. 65.*

FERDINAND DE CASTRO PALAO.

1631. FERD. DE CASTRO PALAO.

ŒUVRES Morales.

..... SI nous parlons de la puissance coërcitive, c'est-à-dire de celle qui est éta- *Part. I. Des vertus & vi-*

viciis contrariis, Tract. 3. Disp. 1. punct. 24. §. 6. num. 7. p. 171.

nonico exemptos esse .... Cùm autem Clericus, quá Clericus est, & quatenus est persona particularis, exemptus sit à Jurisdictione Laïcâ .... efficitur sanè ligari non posse pœnâ per Judicem Laïcum statutâ .... Per se enim & ex naturâ rei tam Clerici quàm Laïci transgredientes leges politicas puniri à Rege poterant: at ex privilegio & exemptione illis concessâ à Christo, vel à Summis Pontificibus puniri non possunt ab alio, quàm ab Ecclesiastico Judice, qui potest eamdem pœnam imponere, quæ imposita erat Laïcis transgredientibus leges politicas: non tamen tenetur, sed potest pro libito pœnam moderari.

Part. 1. Tr. 6. De Charitate, Disp. 5. puncto 7. n. 1. pag. 655.

Seditio est bellum aggressivum unius partis Reipublicæ adversùs aliam, vel adversùs suum Principem....

Dices .... Potest Princeps non Rex, sed tyrannus esse; sed movere bellum adversùs tyrannum cuilibet Reipublicæ parti licet. Ergo non est dicenda seditio bellum unius partis Reipublicæ adversus aliam neque adversus Principem?

Facilis est horum solutio .... Dupliciter enim Rex tyrannus esse potest. 1°. Quia Regnum jure sibi non debitum usurpavit. 2°. Quoad regimen, quia in illo injuriosè procedit. Si tyrannus est primo modo, tota Respublica & quælibet ejus

blie pour punir ; il est certain que les Clercs en sont exempts par le Droit Canonique..... Or le Clerc, en tant qu'il est Clerc, & personne particuliere, étant exempt de la Jurisdiction laique, il s'ensuit certainement qu'il ne peut pas être lié par la peine que décerne contre lui le Juge laïc... Par eux-mêmes & par la nature de la chose, tant les Clercs que les laïques qui transgressent les Loix civiles, pourroient être punis par le Roi : mais en vertu du privilege & de l'exemption qui leur a été accordée par Jesus-Christ ou par les Souverains Pontifes, ils ne peuvent être punis par aucun autre que par le Juge Ecclésiastique, qui peut leur imposer la même peine qui seroit imposée aux laïcs qui transgresseroient les loix politiques. Cependant il n'y est pas obligé, & il peut moderer la peine, ainsi qu'il le juge à propos. ces contraires, Tr. 3. Disp. 1. point 24. §. 6. num. 7. p. 171.

La sédition est une guerre entre deux artis de la République qui s'attaquent réciproquement, ou qui attaquent le Prince. Part. 1. De la Charité, Disp. 5. point 7. n. 1. pag. 655.

Vous objecterez.... Il peut se faire que le Prince ne soit pas un Roi, mais un Tyran : or il est permis à quelque partie que ce soit d'une République de faire la guerre à un Tyran. Donc on ne doit pas appeller sédition la guerre qu'une partie d'une République fait à l'autre partie, ni celle qui se fait contre un Tyran.

Il est aisé de résoudre ces objections.

Un Roi peut être Tyran en deux manieres. 1°. Lorsqu'il a usurpé un Royaume sur lequel il n'avoit point de droit légitime. 2°. Par son gouvernement, lorsqu'Il se conduit d'une maniere injuste. S'il est

pars *expellere* eum à possessione *potest.* Tunc enim non movet bellum adversùs suum Principem & Dominum, sed adversùs latronem Dominium usurpantem, ipseque fictus Rex est, qui seditionem committit, & illius est causa; nam ex parte illum debellantium solùm est defensio. Si autem Rex secundo modo tantùm tyrannus existat, tunc patientes injuriam se bello tantùm defensivo munire possunt, non tamen illis licitum est suum Principem ut verè Dominum aggredi; aliàs seditionem & rebellionem propriè committerent. Tota autem *Respublica illum Regno privare potest*, si in ejus perniciem gubernaret, quia Rex à Republicâ auctoritatem accepit in ædificationem Reipublicæ, non in ejus destructionem. Sic optimè Suarez Disp. 13. de Bello, Sect. 8.



Tyran de la premiere façon, la République en corps, ou quelque partie que ce soit, peut le chasser des Etats : car alors elle ne fait point la guerre contre son Prince & son Souverain ; mais contre un voleur qui a usurpé la souveraineté ; & c'est ce faux Roi lui-même qui excite la sédition, & qui en est cause. Car de la part de ceux qui combattent contre lui, ce n'est qu'une défense. Mais si un Roi n'est Tyran que de la seconde maniere, ceux qui souffrent l'injustice peuvent s'en mettre à couvert par une guerre qui ne soit que défensive. Il ne leur est cependant pas permis d'ataquer leur Prince, comme étant vraiment leur Seigneur, autrement ils se rendroient coupables de sédition & de révolte : *mais toute la République peut le dépouiller du Royaume*, s'il gouvernoit d'une maniere qui tende à sa ruine, parce que le Roi a reçu son autorité de la République, pour édifier, & non pour détruire. C'est ainsi que l'enseigne très-bien Suarez, Disput. 13. *De Bello*, sect. 8.



1633. BECAN.

MARTINUS BECANUS.

Opuscula Theologica Martini Becani, Societatis Jesu, in Academiâ Moguntinâ Professoris ordinarii. *Parisiis*, 1633. Cum permissu Bartholomæi Jacquinotii, Provincialis in Provinciâ Lugdunensi.

Nota. Patet ex eâ Epistolâ Auctoris ad Ferdinandum Imperatorem, scripta fuisse hæc anno 1620.

Responsio ad Aphorismos. *Aph. 9. pag.* 130, *col. 9.*

Quid *Jesuitæ sentiant sic accipe*: Dupliciter fieri potest ut aliquis sit tyrannus, 1°. ratione *tituli*; ut si absque ullo jure armis Principatum invadat, vel occupet, sicut Turca Regna Orientis & alia vicina; 2°. ratione *administrationis*; ut si is qui est verus Princeps tyrannicè administret Principatum, onerando subditos injustis exactionibus, vendendo Officia Judicum; condendo Leges sibi commodas, Publico parum utiles.

Qui est Tyrannus priori modo (qualem inter Christianos hoc tempore neminem scio) potest à quovis subdito *interfici* . . . . . Sic Aod sustulit è medio Eglon Regem Moabitarum, qui tyrannicè oppresserat Israelitas. *Judicum.* 3. . . . . . Sic Judith Holophernem; Brutus, Cassius & alii, Julium Cæsarem.

MARTIN BECAN. 1633.

BECAN.

OPUSCULES Théologiques de Martin Becan, très-sçavant Théologien de la Société de Jesus, Professeur ordinaire dans l'Université de Mayence. *A Paris*, 1633. Avec permission de Barthelemi Jaquinot, Provincial en la Province de Lyon.

Nota. *Il paroît par la Lettre de l'Auteur à l'Empereur Ferdinand, que ces Opuscules ont été composés en 1620.*

APPRENEZ *ce que pensent les Jesuites.* Il peut arriver en deux manières que quelqu'un soit un Tyran : 1°. à raison *du titre*, comme est celui qui, sans aucun droit, envahit ou se rend maître de l'Etat, de même que les Turcs se sont emparés des Royaumes d'Orient & autres Pays voisins; 2°. à raison *du gouvernement*, comme lorsque celui qui est le véritable Souverain, exerce un pouvoir tyrannique, en chargeant ses Sujets d'impôts injustes, vendant les Offices de Juges, faisant des loix avantageuses pour lui, & peu utiles au public. Réponse aux Aphorismes. *Aph. 9. pag. 130. col. 9.*

Celui qui est Tyran de la premiere manière (tel que je n'en connois point dans le temps présent parmi les Chrétiens) peut être tué par toutes sortes de Sujets...... C'est ainsi que Aod tua Eglon, Roi des Moabites, qui opprimoit les Israëlites par sa tyrannie. Jug. 3. C'est ainsi que Judith tua Holopherne; que Brutus, Cassius & autres tuerent Jules-César.

Locus citatus est Lib. primus *Marianæ* de Rege & Regis institutione. *cap.* 6. *Vide suprà.*

Qui autem est tyrannus posteriori modo, nempe *administrationis*, non potest à subditis interfici, ut definitum est in Concilio Constantiensi Sess. 15... *nisi* fortè ob necessariam vitæ suæ defensionem...... *Atque hæc est expressa sententia* Joannis *Marianæ* loco citato, & *aliorum Jesuitarum* qui de hâc re scripserunt.

1634. BECAN.

MARTINUS BECANUS.

SUMMA Theologiæ scholasticæ, auctore Martino Becano, *Societatis Jesu Theologo doctissimo, in Academiâ Muguntinâ Professore ordinario.* Parisiis, 1634. *cum permissu Bartholomæi Jaquinotii, Provincialis Societatis Jesu in Provinciâ Lugdunensi, & alterâ approbatione Henrici Schereni, Societatis Jesu Provincialis in Provinciâ Rhenanâ, potestate ipsi concessâ à Claudio Aquaviva, Generali, & cum novissima permissione Joannis Copperi, per Rheni Provinciam Superiorem Provincialis, potestate ad id ipsi factâ à Mutio Vitellesc hio, Generali, post lectionem approbationum Patrum ad id deputatorum.*

Part. secundâ Theol. Schol. de homicid. p. 455. *& seq.*

QUI est Tyrannus ratione *tituli*, id est, qui absque ullo jure armis Principatum vel occupat, vel invadit, sicut Turca Regna Orientis & vicina, potest à quovis de Regno *interfici*, jure defensionis innocentium......

Quant

Quant à celui qui est Tyran de la seconde manière, c'est-à-dire, à raison *de son gouvernement*, il n'est pas permis aux Sujets de le tuer, comme cela a été décidé dans la quinziéme Session du Concile de Constance; si ce n'est peut-être dans le cas où cela seroit nécessaire pour la défense de sa vie.... C'est le sentiment de Jean *Mariana* dans l'endroit cité, & *des autres Jésuites* qui ont écrit sur cette matiere.

L'endroit cité, c'est le Liv. premier de Mariana, où il traite du Roi & de l'établissement du Roi. *Voy. ci-dessus.*

MARTIN BECAN.

1634. BECAN.

SOMME *de Théologie scholastique par* Martin Becan, *très-sçavant Théologien de la Société de Jesus, Professeur ordinaire dans l'Université de Mayence.* A Paris, 1634. *Avec permission de Barthelemi Jaquinot, Provincial de la Société de Jesus en la province de Lyon. Autre approbation* d'Henri *Scheren, Provincial de la Société de Jesus en la province du Rhin, en vertu du pouvoir qu'il en a reçu de Claude Aquaviva, Général.*

Nouvelle permission de Jean Copper, *Provincial en la province du Rhin, sur le pouvoir que lui en a donné Mutio Vitelleschi, Général, vu l'approbation des Peres députés pour cela.*

CELUI qui est Tyran par le *titre*, c'est-à-dire, qui sans aucun droit s'est rendu Maître de l'Etat par les armes, ou l'a envahi, comme les Turcs ont envahi le Royaume d'Orient & autres, peut être tué par tou-

Seconde Partie de la Théol. Scholast. sur l'homicide, *pag.* 455. & *pag.*

Nota. 1°. hujusmodi tyrannum duplici jure passim *occidi.* 1°. Jure defensionis innocentium. 2°. Jure vindictæ. Priori jure potest occidi à quovis privato homine, ut asseritur in conclusione. Ratio est, quia *quivis* potest inimicum invasorem *è medio tollere*, quando non suppetit alius modus se liberandi : sed talis tyrannus est inimicus invasor Reipublicæ & singulorum : *Ergo quivis potest eum è medio tollere.* Sic Aod sustulit Eglon, Regem Moabitarum, qui tyrannide oppresserat Israelitas, & Judith Holophernem ; Brutus, Cassius, & alii, Julium Cæsarem. Denique apud omnes gentes passim *maximis honoribus publicè affecti sunt* qui *tales* tyrannos *occiderunt.* . . . . . at posteriori jure non potest occidi à quolibet privato, sed ab autoritate publicâ, & à milite auctorato. Ratio est, quia vindicta requirit auctoritatem. Unde in pace non infertur nisi per sententiam Judicis ; in bello, nisi per milites.

Nota tamen 2°. necessarium esse 1°. ut constet illum esse Tyrannum & injustum invasorem : si enim aliquod probabile jus habet, non censetur tyrannus : unde non licet interficere.

te personne du Royaume, par le droit de défendre les innocens.... 744. & 745. Edition de 1646. A Paris chez Jost.

Remarquez, 1°. qu'on a assez souvent un double droit *de tuer* un *tyran de* cette sorte; sçavoir, 1°. le droit de la défense des innocens; 2°. le droit de la vengeance. En vertu du premier droit, *tout particulier peut le tuer*, comme il est dit dans la conclusion. La raison est que tout homme peut tuer un ennemi qui l'attaque, s'il n'a pas d'autre moyen de se délivrer. Or un tel Tyran est un ennemi qui opprime la République & les Particuliers. Il est donc permis à tout particulier de le tuer. C'est ainsi qu'Aod tua Eglon, Roi des Moabites, qui par sa tyrannie avoit opprimé les Israëlites; que Judith tua Holopherne; que Brutus, Cassius & autres tuerent Jules Cesar. Enfin, parmi toutes les Nations *on a rendu* publiquement *de grands honneurs à ceux qui ont tué* de semblables Tyrans...: Mais par le second droit, le droit de vengeance, ou de punition, il ne peut pas être tué par chaque Particulier. Il faut que cela se fasse par l'autorité publique, & par la main du Soldat revêtu de pouvoir. La raison est que la vengeance (la punition) requiert l'autorité. C'est pourquoi, dans le temps de paix, on ne fait mourir que par sentence de Juge; & dans celui de Guerre que par la main du Soldat.

Remarquez cependant en second lieu, qu'il est nécessaire, 1°. qu'on soit assuré que c'est un Tyran & un injuste Usurpateur. Car s'il a un droit probable, il n'est pas censé Usurpateur, & il n'est pas permis de le tuer.

2°. Ut non timeantur majora mala à filio Tyranni & amicis.

3°. Ut non sit contra expressam Reipublicæ voluntatem : hujus enim est auctoritatem istam vel certè consensum dare. Censetur autem consentire, quando passim cives optant illum sublatum : imò quando non constat de contrariâ voluntate. Nam tùm præsumitur vèlle quod justè velle potest, ut liberetur. Atque hoc justè potest velle, cum alia via non suppetat.

Qui est Tyrannus ratione *administrationis*, id est, qui, cùm sit verus Princeps, tyrannicè tamen administrat, quærendo potius privata commoda quàm publica, onerando Rempublicam injustis exactionibus, vendendo Officia, Judicium, non potest à privatis interfici, quandiù manet Princeps. Patet ex Concilio Constantiensi sess. 15. Ratio est, quia Princeps, etsi tyrannicè regat, manet tamen superior. Ergo non potest à subdito interfici, *nisi* fortè ob necessariam suî defensionem.

Dices. Quid, si tyrannis ita excrescat, ut non videatur ampliùs tolerabilis, nec ullum aliud remedium supersit ? Respondeo, tunc primùm à Republica, vel comitiis Regni, vel alio habente auctoritatem est deponendus, & hostis declarandus, ut in ipsum *liceat*

2°. Qu'il n'y ait pas de plus grands maux à craindre de la part du fils du Tyran & de ses partisans.

3°. Que ce ne soit point contre l'expresse volonté de la République ; car c'est à elle à en donner l'autorité, ou du moins à y consentir. Or elle est censée y donner son consentement, lorsque la plûpart des citoyens souhaitent qu'on le mette à mort, & même lorsqu'il n'est pas constant qu'elle n'a pas une volonté contraire. Car alors on présume qu'elle veut ce qu'elle peut vouloir justement pour sa délivrance. Or elle le peut vouloir justement [que ce Tyran soit tué] lorsqu'elle n'a pas d'autre moyen [de s'en délivrer.]

Celui qui est Tyran, à raison de son *gouvernement*, c'est-à-dire, qui étant vrai Prince, gouverne cependant d'une maniere tyrannique, cherchant plutôt ses intérêts particuliers, que les intérêts publics, chargeant d'injustes impôts la République, vendant les Charges, la justice, un tel Tyran ne peut être tué par un particulier tant qu'il reste Prince. Cela paroît par le Concile de Constance, Seff. 15. La raison en est qu'un Prince, quoique son gouvernement soit tyrannique, ne laisse pas d'être supérieur. Ainsi il ne peut pas être tué par un inférieur, à moins que cela ne fût nécessaire pour sa propre défense.

Mais, direz-vous, si la tyrannie vient à un tel point qu'elle ne soit plus supportable, & qu'il n'y ait point d'autre moyen ? Je réponds qu'il faut que ce Tyran soit d'abord déposé & déclaré ennemi par la République ou par les Etats Généraux du Royaume, ou par quelqu'un qui ait au-

quidquam attentare. Tunc enim desinit esse Princeps.

1634.
JAC. GORDONUS.

JACOBUS GORDONUS.

THEOLOGIA Moralis universa.

Lib. 2 quæst. 0. cap. 15 n. 32. col. 372.

Probant suis locis Theologi, quod hìc ut certum pono, personas Ecclesiasticas esse exemptas à civili potestate..... Neque hoc solùm quantùm ad personas ipsas Ecclesiasticas; sed insuper in jure sunt exempta eorum bona à temporali tributo & onere.....

Quæstio... hìc agitanda est, non de causis Ecclesiasticis, aut tributis ordinariis solvendis; sed an in aliis rebus conformari debeant communitati, parendo legibus Principum secularium communibus toti populo, justis & sine iniquo Clericorum gravamine positis, & quarum materia est Clericis communis. Tales sunt leges quæ spectant tantùm ad gubernationem Reipublicæ & pacem, nec pugnant cùm statu Clericorum, aut Canonibus Ecclesiæ.

Ibid. art. 1. col. 379.

Dicendum autem est, Clericos obligari in conscientiâ ad servandas has Leges Civiles...... In reddendâ hujus decisionis ratione non satis convenit inter Auctores.. .... Aliis placet Clericos non teneri his legibus ex virtute obedientiæ, sed ut cum reliquo corpore conveniant, quomodò dixi capite decimo quarto,

torité, pour qu'il soit permis d'entreprendre quelque chose contre lui : car alors il cesse d'être Prince.

JACQUES GORDON.

1634. Jac. Gordon.

Theologie morale universelle.

Les Théologiens prouvent ce que je pose ici comme certain que les personnes Ecclésiastiques sont exemptes de la puissance civile ...... Et cela non-seulement quant aux personnes Ecclésiastiques elles-mêmes, mais de plus dans le droit leurs biens sont exempts du tribut & charge temporelle. *Liv. 2. quest. 9 chap. 15. p. 378.*

Il est ici question, non des causes Ecclésiastiques, ou du payement des tributs ordinaires; mais de sçavoir si dans les autres choses ils doivent se conformer au reste de la société, en obéissant aux Loix des Princes seculiers, communes à tout le peuple, justes, & desquelles il ne résulte aucune charge injuste contre les Clercs, & dont la matière est commune aux Clercs. Telles sont les Loix qui concernent seulement le gouvernement de la Republique & la paix, & ne sont point contraires à l'état des Clercs, ou aux canons de l'Eglise.

Or il faut dire que les Clercs sont obligés en conscience à observer ces Loix civiles ..... Les Auteurs ne sont point assez d'accord sur le motif de cette décision ..... Les uns veulent que les Clercs ne soient point tenus à ces loix en vertu de l'obéissance, mais pour être conformes au reste du corps, comme j'ai dit *Ibid. art. 1, col. 379.*

Principem suis legibus obligari. Id verò hi confirmant, quia Ecclesiastici non sunt omninò verèque subditi Principibus, cùm non possint ab ipsis puniri ; ergo quòd parere debeant legibus, non est quia verè subditi sunt ; sed ut consonent toti Reipublicæ, cùm fieri non possit, ut quis alteri sit subditus, & parere ei debeat ; & simul non possit ab eodem puniri. Contingit quidem in aliquo eventu, ut Clericus nequidem se conformare teneatur Reipublicæ, sed hoc ex accidente est, & adventitium. Sanè quod tollit difficultatem vel maximè, & probat assertionem positam, est saltem illud, quod Canones approbent hanc parendi necessitatem in Clericis...... Manetque talis consuetudo obtemperandi legibus, nullo modo hâc in parte repugnante Ecclesiâ, & hactenus de vi directivâ.

Ibid. art II. n. 53. col. 379. Dicendùm secundò Clericos non incurrere in pœnam Lege civili statutam ; seu non teneri vi coactivâ talium legum. Est recepta Doctorum sententia. Nec tenetur Clericus hanc pœnam in conscientiâ solvere, nisi ad id cogatur *per Judicem suum*. Ratio est quia immunitas Clericorum tam jure pontificio, quàm Imperatorum probata hoc evincit, quâ constituti sunt sub Jurisdictione Ecclesiasticâ, non autem sæculari. Ergo non debent Principi sæculari, tanquàm superiori, ita

au Chapitre 14. que le Prince eſt lié par ſes propres Loix. Et ils confirment cela par ce motif que les Eccléſiaſtiques ne ſont pas entierement & veritablement ſoumis aux Princes, puiſque les Princes ne peuvent les punir; donc de ce qu'ils doivent obéir aux Loix, ce n'eſt pas qu'ils ſoient vraiment ſoumis, mais pour ſe conformer à la police de la République, puiſqu'il ne peut ſe faire que quelqu'un ſoit ſoumis à un autre, qu'il doive lui obéir & qu'en même temps cet autre ne puiſſe le punir. Bien plus, il peut y avoir telle circonſtance où un Clerc ne ſoit pas même tenu de ſe conformer à la Republique, mais cela vient d'une cauſe accidentelle & eſt fortuit. Certainement ce qui ôte juſqu'à la moindre difficulté, & prouve l'aſſertion que nous avons avancée, c'eſt au moins ceci, que les Canons approuvent cette néceſſité d'obéir dans les Clercs..... Et cette coutume d'obéir aux loix a lieu, n'y ayant en cette partie aucune oppoſition de la part de l'Egliſe; en voilà aſſez ſur la force directive.

Il faut dire en ſecond lieu, que les Clercs n'encourent point la peine portée par la Loi Civile, ou ne ſont point tenus à ces loix par la voix coactive. C'eſt le ſentiment commun des Docteurs. Et un Clerc n'eſt point en conſcience ſoumis à cette peine, à moins qu'il n'y ſoit obligé par ſon Juge. La raiſon en eſt que cela eſt prouvé par l'immunité des Clercs établie tant par les Loix des Souverains Pontifes que par celles des Empereurs, par laquelle ils ont été mis ſous la juriſdic- *Ibid. art. II. n. 53. 9.*

subdi, ut per civilem ejus legem teneantur ad pœnam, quamvis ejus lege teneantur ad vim directivam. Ratio autem discriminis est, quia nulla est indecentia subdi Clericum Principi, quoad vim directivam. Pœnis autem civilium Legum subdi magna esset indecentia, & contra concessam immunitatem, & fori privilegium. Atque hinc etiam probant Canones, ut uno modo subdantur his legibus Clerici, non autem altero..... Sed quid de his quæ animadversionis Regiæ sunt criminibus, ut quæ solent apud Gallos privilegiaria vocari; vide Navarrem & alios qui hoc argumentum in utramque partem versarunt. Sanè scribendo, iras acuere, mihi nec mens est, nec animus unquam fuit.

Ibid. col. 380.

...... De Religiosis, respondeo eos obligari Legibus his Civilibus, imò & Synodalibus, ratione conformitatis cum Republicâ...... Dummodò tamen leges sint quæ statui Religiosorum non repugnent.

Ibid. eod. art. n. 54. col. 380.

Quæritur... Quid juris sit de homicidio in defensione commisso? Hic defensionem accipe, tum sui ipsius, tum

Lib. 5. quæst. 4. cap. 1. n. 5. col. 838.

tion Ecclésiastique, mais non sous la jurisdiction seculiere. Ils ne doivent donc pas être soumis au Prince seculier, comme à leur Superieur, de telle maniere qu'ils soient soumis à une peine par sa loi civile, quoique par sa loi ils soient tenus à la force directive. La raison de cette différence est qu'il n'y a point d'indécence à ce qu'un Clerc soit soumis au Prince, quant à la force directive. Mais il y auroit une grande indécence à ce que les Clercs fussent soumis aux peines prononcées par les Loix civiles; cela feroit contraire à l'immunité qui leur a été accordée, & au privilege du for Ecclésiastique. Et de là vient que les Canons approuvent que les Clercs soient soumis à ces loix, de la premiere maniere, mais non de la seconde..... Mais que faut-il dire de ces crimes qui sont sujets à l'animadversion de la Justice Royale, & que l'on a coutume en France d'appeller délits privilégiés; voyez Navarre & les autres qui ont travaillé cette matiere pour & contre. Pour moi mon intention en écrivant n'est point, & n'a jamais été d'aigrir les esprits. *Ib. pag. 380.*

..... Quant aux Religieux, je réponds qu'ils sont tenus d'observer ces loix civiles, même les synodales, à raison de ce qu'il faut se conformer à la République..... Pourvu cependant que ce soit des loix qui ne répugnent pas à l'état des Religieux.

On demande.... Ce qu'il y a de permis à l'égard de l'homicide dans le cas de défense? Nous entendons ici par dé- *Liv. 5. quest. 4. ch. 1. n°. 5. col. 835.*

aliorum, non tantùm personarum sed etiam rerum; ut bonorum... & similium in quibus definiendis qq. illud ut certum fundamentum recipitur, fas esse apud omnes vim vi repellere....

Ibid. col. 35. In hâc verò defensione occisio contingens erit sine peccato & restitutione, dummodò fiat; cum moderamine inculpatæ tutelæ (quod omnes recipiunt) & non intendendo in se & per se occisionem, sed incausâ..... Infertur licere invasorem occidere cum moderamine inculpatæ tutelæ ob defensionem vitæ, salutis spiritualis, libertatis, aliarum re-

Ibid. col. 841. rum quarumdam.... Superest illud de bonorum propriorum defensione seu divitiarum. Hanc defensionem & occisionem, si habet inculpatam tutelam, in rebus magni momenti, licere constat.

Lutetiæ 1620. Rothom. 1635.

PETRUS ALAGONA.

Ex Secundâ Secundæ.

